M. ANTONII NATTAE IVRISCONS. CLARISSIMI, PATRICII ASTENSIS,

ET IN MONTE FERRATO, VSQVE DVM VITAM EGIT, SENATORIS PRIMARII,

AD OMNIA CONSILIA SIVE MALIS DIcere, Responsa ALEXANDRI Tartagni Imolensis, ADNOTATIONES doctißimæ, utiles ac fructuosæ, hactenus non impressæ.



FRANCOFVRTI,
Excudebat A. Wechelus, sumptibus Sig. Fyerabend.
M. D. LXXV.

ADNOTATIONES ERVDITISSIMI IVRISCONS. M. ANTONII NATTÆ ASTENSIS,

AD PRIMVM VOLVMEN CONSILIORVM ALEXANDRI TARTAGNI.

AD CONSILIVM PRIMVM.

1 IN hoc eodem casu consuluit Corn. consi. 199. lib. 2. Marcus Antonius Natta.

2 COL. 1, versic. Ad idem. ibi, dicit Bartol. ibi, quem Bald. Ang. &c.] Sequitur Bartol. Ias. in l. 1. colum. 6. ff. de vulga. & pupilla. vbi dicit sæpius consuluisse. & declarat optimè Soci. distinguendo per casus consil. 52. col. fin. lib. 1. Et de hoc consi. Alexand. meminit etiam Curt. iunior consi. 83. Dec. consil. 427. Ruin. consil. 83. libro 2. Alciat. consi. 492. num. 28. & idem Alciat. in l. cohæredi. in prin. ff. de vulga. & pupill. num. 5. Vide etiam Corn. consi. 280. 2. dub. volu. 4. Marcus Ant. Natta.

3 COL. 4. versic. Pro hoc facit, quia videmus quòd verba prolata à testatore, si talis hæres erit, intelliguntur, &c.] Idem vult Barto. in l. qui plures, la prima. ff. de vulga. & pupillar. iuncta. l. si tu ex parte, ff. de acquir. hæredi. Et vide Dec. in l. hæredem, in fin. ff. de regu. iur. & consil. 445. colum. 12. & latè consil. 633. colum. 2. dub. 2. & consil. 635. colum. penultim. Ruin. consil. 170. colum. penult. libro 3. Socin. consi. 147. colum. 3. lib. 1. Bald. consi. 170. Quidam Nicolaus, colu. 2. lib. 5. Marcus Ant. Natta.

4 COL. ead. ver. Et primò quia substitutio. circa med. ibi, l. cum in testamento. versic. ex quo. ff. de hære. institu.] Hanc l. cum in testamento, & d. l. si mater. §. 1. adducit etiam Alexan. consil. 59. col. 4. libro 3. dicens, quòd vbi deficit prima substitutio corruunt sequentes. Ad idem text. in l. qui habebat. ff. de vulg. & pupil. Natta.

5 COL. 6. versic. Quartò probatur per id, quod decidit Oldradus.] Vide Ias. consil. 132. libro 1. & latius consil. 148. libro 2. & consi. 204. lib. 2. & consi. 220. lib. 2. & latissimè consi. 66. libro 3. in pluribus locis. & de Oldrad. meminit Dec. consil. 238. 1. dub. de hoc etiam habeo consil. Ruini impressum. Natta.

6 COL. 7. versic. Hoc idem voluit Ange. ibi, Ad alium casum sibi oppositum.] Contrarium tenet Ruin. consi. 83. col. 2. lib. 2. Natta.

7 COL. ead. ver. Hoc etiam clarius. ibi, Ad illud sibi oppositum, vel dissimile &c.] Quòd substitutio non trahatur ad oppositum casum Dec. consil. 394. vbi plura in materia. & vide Alex. suprà col. 2. M. A. Natta.

8 COL. 9. ver. Primò non obstare. ibi, Vel in certum casum, qui non euenit.] Modo restat respondere. Alex. in hoc consilio fundat se ex eo quòd substitutio fuit restricta ad certum casum, qui non euenit. Natta.

AD CONSILIVM II.

1 Hoc consi. reperitur infrà lib. 2. consi. 87. Natta.

2 COL. 1. versi. Videtur igitur prima consideratione dicendum dictos legitimatos.] Vide de hoc articulo Socin. latè in l. Gallus. §. si eius. ff. de libe. & posthu. & latissimè etiam Philip. Decium consil. 284. versicul. Et retenta communi conclusione, &c. vsque ad fin. & Areti. notabiliter in l. ex facto. colum. 7. cum seq. ff. de vulga. & pupilla. & Barba. latissimè in l. cum acutissimi. car. 25. cum pluribus sequen. vbi ad longum refert omnia. Et in simili in quæstione de primogenito, an includatur legitimatus, vide Alexan. in eius disputatio. Sigismundus, vbi multa ad vtramque partem. Et in hoc articulo vide Ias. consil. 39. libro 3. Et in legitimato per matrimonium subsequens, clarum substitutum excludi Dec. consil. 155. col. 2. & cōmunis opinio quòd legitimatus excludat substitutum Dec. consil. 258. col. 3. & Dec. latè tangit ponens reg. cum fallentijs consil. 284. colum. v. Et filius natus in figura matrimonij, id est, ex matrimonio putatiuo, excludit substitutū, Dec. consil. 153. Et de principali articulo quædam scribit Matthæ. Afflict. decisio. 386. Dec. consil. 425. dub. 2. vbi ponit fallen. & consi. 557. per totum. & articulum latè tangit Ripa in l. ex facto. §. si quis rogatus, num. 44. ff. ad Trebel. Natta.

3 COL. 2. vers. Septimò quia si diceremus quòd legitimati, &c.] Quòd non valeat statutum seu consuetudo præbens materiam delinquendi, vide latè Roch. de Cur. in c. fi. in notab. de consuetu. fol. 6. Natta.

4 COL. 3. versicul. Tertiodecimò. ibi, Tempore impetrationis, & legitimationis decesserant omnes.] Facit text. in cap. 1. §. sed & si res. per quos fiat inuestit. vbi non potest fieri subinfeudatio in fraudem agnatorum, & gloss. ibi intelligit in fraudem, scilicet quando infeudans est impotens ad prolem vel ætatis, vel aliquo naturæ vitio. & quòd fraus patrocinari non debeat, vide Dec. cons. 399. in fi. M. Ant. Nat.

5 COL. 4. versic. Præsuppono igitur. ibi, Nati ex constituto in sacris possunt authoritate Romani Pontifi. &c.] Imperator potest filium sacerdotis legitimare, Dec. consilio 150. colum. 2. Natta.

6 COL. ead. versi. Secundò præsuppono. ibi, Potestas vtriusque gladij, &c.] De potestate Papæ Alexan. infrà col. penul. Ias. in l. rescripta. C. de precibus. Imper. offer. Marcus Antonius Natta.

7 COL. ead. ver. Quinimò. ibi, Pau. de Cast. consil. 225.] Mihi consi. 34. lib. 2. M. A. Natta.

8 COL. 5. versi. Et fortificantur prædicta. ibi, Quòd extantibus filijs masculis.] Vide de hoc latè Ioan. Crot. arguentem ad partes, in repe. l. si is, qui pro emptore, colum. 35. ff. de vsucap. & vide Ias. latè in d. l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. & opinio. Bald. tenet Aretin. in d. l. Gallus. §. si eius, in fin. licet Ias. in d. l. si is, qui pro emptore, per multas authoritates teneat oppositum. Vide Dec. consil. 52. vbi tenet contra Bald. & consil. 275. & vide eleganter Andr. Sicul. consil. 68. incipi. Omnipotentem. vlt. dub. lib. 4. & latissimè D. Georg. Nattam in c. quamuis. cart. 14. de pac. in 6. Et in legitimato per subsequens matrimonium statutum procedit. Dec. consil. 156. Sed non in legitimato per rescriptum, Dec. consil. 52. & consi. 284. col. penul. & consi. 275. col. 4. & consil. 316. col. penul. & consil. 383. 1. dub. Et quòd statutum vocans masculos exclusis fœminis non procedat in legitimatis, Dec. consi. 392. col. 2. Contrarium tenet Curt. iun. consi. 153. Natta.

9 COL. 6. vers. Ad idem text. in l. conditionibus. ibi, Hæc verba, si hæres erit.] Ad idem text. in l. Iulianus. ff. de cond. & demon. iuncto. §. est autem acceptilatio. Inst. qui. mo. tol. oblig. quæ iura inducit Alexan. infrà colum. antepenul. Marcus Antonius Natta.

10 COL. ead. versi. Præterea. ibi, Tunc excluderetur, vt sonant verba Salice.] Sequitur Dec. consi. 698. circa finem. Natta.

1 Col.8.versic. Et dicit Paul. de Castro. ibi, Quia posito quòd comparuisset.] Sequitur Socin.consil.4.colum.7.lib.3.& Feli. in c.cum olim.colum.12.de re iudica.& latius idem Alex. consi.92.colum.penult.lib.6.& vide Alexand.infrà eod.consi.colum.penul.& idem tenet Dec.consil.194.col.2.& consi.269.colu.4.& consil.390.circa finem.& consil.498.circa finem.& consi.624.col.fi. M.A.Natta.

12 Col.9.versic. Non obstat secundum.ibi, Secundum Ioan. Andr.in addi. Specu.in titulo de success. ab intesta.] Intentio Ioan.Andr.ibi est, quòd quamuis in filio adoptiuo præsumatur fraus, in filio tamen naturali, si petatur legitimari, non præsumit fraus: quia hoc potius videtur fecisse pater ex affectione naturali, quàm dolo vt euertatur fideicommiss. l. penult. ff. quod falso tuto.aut.vbi tex.no.Ita declarat Areti.in l.ex facto.col.9.ff.de vulg.& pupil.

13 Col.ead.ver.eod.ibi, Adoptiuus non excludit substitutum.] Quòd adoptiuus non excludat substitutum tenet latè Dec.consi.399. M.A.Natta.

14 Col.10.versic. Primò istud negari.ibi, Tunc verba illa sunt intelligenda secundum iuris interpretationem.] Hæc responsio non satisfacit Soci. in d.l. Gallus.§.si eius.ff. de vulga.& pupil. quia non solum in vulgari, sed etiam latino sermone legitimatos distinguimus à legitimis secundum communem vsum loquendi. M.A.Natta.

15 Col.11.versi. Præterea dato.ibi, Vt probatur in l.Iulianus. ff.de cond.& demonstra.] Ad istum text. respondet Alexand.in l.Gallus.§.& quid si tantum.ff.de liber.& posthu. Natta.

16 Col.12.ver. Denique.ibi, Restituti ad dignitates, honores, &c.] Hoc fundamentum est parui momēti: quia legitimatio simplex restituit ad honores, & dignitates. Bald. consil.363.incip. Quæritur vtrum filius, lib.5.Sed Alexand.hic sequitur.Ias.consi.40.incip. Absolui,col.3.lib.3.Rui.consi.76.num.13.lib.3. M.An.Natta.

17 Col.ead.versi. Respondeo insuper.ibi, absque eo quòd Pontifex disposuisset.] Nota quòd in legitimatione fienda est mentio substituti, vt ei præiudicet, ita ponderat Alex. hic Ruin.consi.188.col.fi.lib.2. Natta.

18 Col.ead.versic. Nec ad hoc obstat.ibi, quæ datur fideicommissario contra hæredem.] Istud non satisfacit Dec.in consil. 357.vbi vult principem non posse derogare fideicommissario: quia non agitur tantum de auferendo ius suum fideicommissario, sed de euertenda voluntate testatoris.tamen ad hoc infrà respondet Alex.quòd Papa potest alterare defuncti voluntatem. M.Ant.Natta.

19 Col.13.versi. Est modo videndum.ibi, præsumatur causa in principe.] Vide Ias.latè in l.si testamentum.C.de testa. Natta.

20 Col.ead.ver.eod.in fi.ibi, si Papa narrat se facere ex iustis causis.] Facit quod dicit Pau. de Cast. in l. cum hi, §. si prætor. ff.de transact.quòd satis est si prætor dicat causæ cognitionem interuenisse ita in genere, licet non descendat ad particularia. M.A. Natta.

21 Col.ead.versic. Non ob.dum dicitur, quòd Papa.ibi, Papa in beneficialibus habet liberam administrationem.] De potestate Papæ in beneficialibus vide not.Dec.consi.141.circa fi.& consil.341.colum.4.Ias.latè in l.Barbarius, colum.8.ff.de off.præto.Felin.in c.quæ in ecclesiarum, colum. 15.versi. recipit modo. M.A.Natta.

AD CONSILIVM III.

1 Viso instrumēto.] Pro desiderio, & socijs, de quibus fit mentio in præsenti responso, consultus respondit Andreas Siculus consi.21.lib.2.& Socin.consil.44.lib.1. Natta.

2 Col.2.versic. Et plus voluit. ibi, Nam hoc non obstante.] Vide de hac materia pulchrè per Petr.Anchara. qui sequitur Bartolum, consi.402.Pluribus rationibus.per totum. Natta.

3 Col.3.versic. Et pro hoc.ibi, De casibus non expressis.] Contrarium respondit Decius consil.697.qui censet, quòd exprimens casus, ad quos vult teneri, teneatur ad similes, quia exceptio in vno casu, ad similem porrigitur. De cuius regulæ veritate scribit Dec.ad.leg.1.in fi.ff. de reg. iur. Et in eisdem ferè terminis respondit de iure idem Dec.consil.555.Sed Ioan. Andr. sequitur Ruin.consil.87.circa fin.libro 1.Et non videtur se obligare ad grauiores expressis, Soci.consil.123.libro 4.Vbi etiam dicit, quòd nec ad insolitos. Et Ioannem Andr. sequitur Calca. consi.7.Et quòd non ad insolitos, tenet Bald.consi.247.Si propter.lib.3. Natta.

4 Col.eadem, versic. In tantum.ibi, Nisi in dicta protestatione.] Vide Ias. ad rubr. ff. solu. matrim. vbi non firmat hoc Baldi placitum.& tradit de virtute horum verborum, Nec aliter, nec alio modo. Vide ibidem eum in 2.lectura. colum.4. Sed quòd hæc protestatio, Non aliter, nec alio modo. excuset à pœna in eo casu, tradit Alex.consil.111.in fin. libro 6. Et vide de præmissis plenum consilium Francisci Curtij numer.8. Et ista verba, Non aliter, nec alio modo, important conditionem, Bald.ad authen. ingressi.C.de sacr.sanct.eccles.ac recipiunt congruam determinationem, Dec.consil.281.in fi. Ad terminos autem emphyteotæ vide Ias.ad.l.fin.colum.penul.C.de iure emphyt. Adde prædictis, quòd de hac clausula, Non aliter, nec alio modo, tradit Alex.consil.37.colum.3.infrà libr.2. Et inducit formam Dec. consil.628, pro resolutione. in fine. Et in materia emphyteosis Ias.no.in l.non solum.§.morte.num.27.Inducere formam testatur Bart.ad.l.de his.& ibi Ias.de transact. Et quòd non amittatur emphyteosis propter d. clausulam, tradit Gramm. decis.49. & latè Dec. consil.160.dub.2.vbi limitat, nisi facta sit traditio. Istud de traditione tenet no.Bal. consil.9.Factum tale est.anno Domini, lib.1.Et Alexandrum hic sequitur Ias. consil.86.colu.pen.lib.3. Natta.

5 Col.5.versic. Tamen non.ibi, Ad dimidiam pretij promissi.]
* Hæc est † communis opinio, vt testatur Ruin. consi.81.& 82. lib.1.Corn.consil.128.col.penul.lib.2.vbi latè tangit.& Soci. consi.88.in vltima subscriptione circa fin.lib.1.Et articulū tangit Alexan.consi.108.col.fin.lib.4. Natta.

AD CONSILIVM IIII.

1 Circa primum.] Super hac eadem specie facti in primo dubio de iure respondit Andr. Sicul. consil.25. Scribitur Sapientiæ libro 1. Vide Crau. consil.167. Vbi autem non apparet nisi vnum instrumentum, diuersitas summæ non facit videri rem diuersam, Gramma. decis.103.nu.59.& vide Ruinum latè consi.176.dub.1.lib.1. Natta.

2 Col.3.ante versic. Corroboratur.ibi, In diuersis scripturis.] Vide Afflict.decis.198. Natta.

3 Col.ead.versic. Corroboratur.ibi, Vnam summam ducatorum 1302.] Nota, tunc induci nouationem, cùm dicitur, Computato omni instrumento, Barto.ad legem 2.ff. de nouat. Natta.

4 Col.8.versic. Nec ad hoc.ibi, De illis solidis auri.] De hac re est gloss.ad.l.fin.ff.de in ius vocan.tangit Felin.ad cap. conquerente.de offic.ordin.Dec.consilio 239.columna 2. Alexand.consilio 15.libro 3.Dec.consilio 432.colum.2. & dicit Ias.ad.l.2.§.ex his.colum.penult.ff.de verbo.oblig.se in iudicio obtinuisse, quòd donatio valeat sine insinuatione vsque ad octingentos.Et de his vide Dec.consil.536.colum.pen. Natta.

5 Col.eadem.versicul. Quinimò.ibi, Non potest donatio infringi.] Hanc opinionem sequitur idem Alexand.ad.l.nemo potest.ff.de lega.primò.cuius oppositum tenet ibi Ioan. à Monteferrato non sine optimis rationibus. Et vbi esset expressè renunciatum insinuationi, opinio Alexand. procederet, aliàs videretur, quòd cum non possit renunciari insinuationi, non videatur etiam per verba generalia renunciatum, & sic ad id iuramentum non extenderetur, iuxta not. per Bartol.ad.l.sed & si quis.§.quæsitum.ff.si quis caut.& ibi Alexand.& hanc considerationem facit in simili Socin.consil. 103.colum.2.lib.3. Est etiam animaduertendum quòd iuramentum simpliciter pręstitum super contractu donationis, non confirmat donationem aduersus nullitatem, quæ suboritur post donationem, quandoquidem iuramentum intelligitur, rebus sic se habentibus. quod accidit in proposito, quia donatio redditur nulla ex defectu insinuationis postquàm perfecta est, & non ab initio, ita Ruin.ad d.l. nemo potest. quo in loco dicit istud procedere etiam si iuratum esset, non contrauenire

nire aliqua ratione, vel causa. quod nota. Opinionem autem Alexand. hic sequitur Iason. consil. 118. libro 4. & latè consil. 169. colum. 6. libro 4. Dec. consil. 239. colum. 2. & latè consil. 432. colum. 2. & consilio 488. dub. 1. & consilio 536. colum. pen. Illam verò distinctionem, an sit renunciatum insinuationi necne, ponit Socin. consilio 80. in fin. libro 1. sed non firmat. Et eam improbat not. Curt. iun. consilio 34. circa principium. De præmissis Ruin. consilio 51. libro primo. vbi ponit, an iuramentum tollat nullitatem contractus inductam à statuto propter insinuationem omissam. Opinionem verò Alexand. hic suo calculo confirmat Ruin. consilio 159. colum. penult. libro 4. Natta.

6 Col. vltima in fin. ibi, In l. Lucio.] Huius textus auctoritate inquit Bald. ad. l. Nesennius. ff. de negoc. gest. quòd si soror promittit sponso centum pro dote, deinde frater promittit centum pro dote, sponsum vtranque petere posse quantitatem. Natta.

AD CONSILIVM V.

1 Col. 2. versi. Hoc præsupposito. ibi, Quòd licet res furto subtracta reperiatur.] Salicet. ad. l. fin. colum. 3. de quæstio. dicit quòd res penes aliquem reperta, facit indicium contra eum, nisi sit vir bonæ opinionis, vel scrutarius, aut is qui vestes veteres diuendere solet, (vt sunt hi qui in Tuscia Rigattieri, & Ferri vecchi, & apud nos Strazzaroli vocantur) cum emere soleant ab ignotis. Et Alex. idem tradit consil. 50. colu. 3. infrà eod. lib. Natta. Ibidem,

2 Redditur ille suspectus quòd furto.] Idem dicit Angel. Aretin. in tracta. malefic. super verbo, Et vestem. col. 10. Natta.

3 Col. eadem. versic. Nec obstat. ibi, Secundò respondeo.] Nota declarationem ad regulam, quòd semel malus. & cap. non esse bonam consequentiam, Res furtiua reperitur penes aliquem, ergo ille furtum fecit. Sicut in simili, quando villa tenetur pro homicidio in eius territorio commisso, si reperitur quis occisus, nō statim sequitur, quòd illic fuerit interfectus, quia potuit alibi occidi, & mox in villam deferri, secundum Paul. Castrens. ad. l. penul. §. docere. ff. ne quis eum. Natta.

Eodem versic. ibi, In eodem genere mali.] Sequitur Alexand. ad. l. metum. C. quod met. causa. quod confirma ex eo, quod Alexand. scribit consil. 133. colum. penul. libro 7. Hæc tamen consuetudo in criminalibus non probat plenè, Grammat. voto 11. in fin. & ad hanc regulam vide Alexan. consi. 77. col. 1. infrà eod. lib. & consi. 144. col. 2. lib. 2. Natta.

4 Col. 3. ante versicul. Venio. ibi, Quòd ex primis indicijs non debet quis in tormentis.] Ex primis indicijs non debet quis in tormentis repeti, & repetitus sine causa, non probat, Dec. consil. 189. colum. penult. Et indicia superuenientia debent tangere de propinquo maleficium, Bald. consilio 74. Textus, in quo nos. libro 3. colum. fin. Et de hac materia latè Marsil. ad l. repeti. ff. de quæstio. Franc. Curt. not. consil. 60. colum. 8. Et quòd requirantur noua indicia, dicit Cuma. consilio 138. Hoc maximè propositum. colum. 2. versic. Secundò præmitto. Natta.

5 Col. eadem, versicul. Secundò respondeo.] Vide Felin. ad cap. testimonium. colum. 2. de testibus vbi hac de re dubitat, & vult, quòd testis omnino non debet esse inhabilis vt eius dictum suppleatur. Et adde, quòd quando omnes testes sunt suspecti, numerus nihil prodest, ita Petrus Ancharan. consilio 246. Et vide de hoc dicto Iacobi Butr. Alexand. ad. l. si quis ex argentarijs. in principio. ff. de edendo. Natta.

AD CONSILIVM VI.

1 Col. 1. versicul. Præsupponitur. ibi, Quòd obseruantia, & vsus.] Adde, quòd per tantum tempus, cuius initij memoria non est in contrarium, præscribuntur impræscriptibilia. capit. primo. §. fin. de præscript. in 6. Et vetustas tanti temporis, tantum potest, quantum Imperator cum causa, Andr. ab Isernia ad capit. 1. versicul. flumina publica. colum. 3. quæ sint regalia. & bon. text. in l. fin. ff. de aqua plu. arc. ibi, Quibus vetustas authoritatem daret, quamuis ius non probaret. Natta.

2 Col. 1. versicul. Nec etiam est. ibi, Ex vsu longissimi temporis.] Ex vsu longissimi temporis præsumitur bona fides: Plura Dec. scribit consil. 85. colum. 2. Et hæc consuetudo habet effectum publici instrumenti, Afflict. decisi. 239. In vsu autem tanti temporis non procedit regula l. quod in initio. ff. de regu. iur. prout Dec. inquit in com. ad d. l. fallentia prima. Et quòd regalia, & reseruata Principi præscribantur, tradit Dec. consil. 403. colu. 2. & consi. 468. colu. & plura succinctè ponit consil. 496. col. 2. dub. 2. Et de pedagijs Dec. consi. 534. in prin. & ibidem col. 3. & consil. 586. colu. 1. plura ponit etiam consil. 638. in prin.

3 Col. 2. versicul. Ex præmissis. ibi, Propter tam longum vsum talia pedag.] Idem tenet Signorol. relatus à Feli. ad c. causam. colum. 4. de præscrip. Et exactio vectigalium dicitur seruitus continua, quia ibi est casus continuus ad exigendum, Feli. ad c. de quarto. col. 14. de præscrip. Natta.

4 Col. eadem. versic. Est enim. ibi, Sciente Imperatore.] Quòd in præscriptione tanti temporis, cuius initij & ca. non requiratur scientia adversarij, tenet Felin. ad c. de quarta. col. penul. de præscript. & in terminis, in quibus scribit hic Alexand. idem tenet Dec. consil. 85. & Ias. consi. 209. lib. 2. & idem latissime ad. l. imperium. ff. de iurisd. omn. iudi. vbi tenet, scientiam non requiri. quod etiam amplectitur Dec. consil. 468. col. 2. & consil. 496. dub. 2. & cons. 638. col. 2. Curt. iun. consi. 68. Ruin. consi. 105. col. 3. lib. 5. Et quòd requiratur scientia, censuit idem Alexand. consil. 94. Visis. col. 2. lib. 5. Natta.

5 Col. 3. versic. Ad idem. ibi, Quia talis vsus videtur propria consi.] De differentia inter consuetudinem, & præscriptionem Abb. ad c. cùm dilectus. in fin. & ad c. fin. col. antep. de consuet. & ad c. cùm ecclesia Vulterrana vlt. not. de elect. & ad cap. cùm ecclesia Sutrina. columna octaua, ad gloss. in verbo, Tertiò. de cau. poss. & propr. Vide eundem Alexand. consil. 124. columna 2. infrà libro 4. & Felin. plenè ad c. auditis. colum. 13. de præscrip. Areti. consil. 132. colum. 3. & 23. col. pen. & Ange. Aret. ad. §. flumina. Instit. de rerum diui. Ruin. consi. 41. col. 20. lib. 1. Natta.

6 Col. pen. versic. Pro quo. ibi, Ante concilium Lateranense.] Vide Gemin. ad cap. 2. §. sanè. de deci. in 6. Præposi. ad cap. 1. colu. 10. ver. oppono ab extrà. qui feud. dare pos. Paulus Cast. consi. 239. Dubium facit. circa primum. lib. 2. Natta.

AD CONSILIVM VII.

1 Col. 2. versic. Satis. ibi, Pet. de Anch. & Ioan. de Imo.] Vide de hoc dicto Felin. ad c. cùm omnes. colum. 16. de constitut. & Alexan. consi. 47. col. 3. lib. 6. & consi. 195. lib. 7. Felin. ad c. auditis. colum. 14. de præscript. & Abb. ad c. 2. de coniug. lepro. Ias. ad. l. 2. colum. penult. ff. de libe. & posthu. Contra facit Bart. ad. l. de minore. §. plurium. ff. de quæsti. versic. quero si testis interrogatur à quibus. dicens de teste, quòd si nominat aliquos, à quibus audiuit, deinde subdat, & ab alijs personis, intelligitur probasse famam. Sed dic quòd illud ideò ibi, quia testis prius debet in redditione causæ dicere, se audiuisse à maiore parte populi. Et dictum Oldradi intellige in probationibus. vnde si aliquid mandatur Canonicis intelligitur de vniuersis, Dec. consil. 61. colum. penul. Indefinita autem in testib[illegible], æquipollet vniuersali per relationem ad capitulum, vel aliud, Alexa. consil. 88. colum. 5. libro 5. Dec. consil. 100. colum. 4. Et de his latissimè Soci. ad. l. si quis cùm totum. ff. de exceptio. rei iudic. Et cogita, an quando dicitur, Canonici talis ecclesiæ, hæc non sit oratio indefinita, sed particularis, quemadmodum cùm dicitur, Fundus Cornelianus, iuxta Bartol. ad. l. si pluribus. colum. 3. ff. de lega. 2. & dicit Abb. ad c. ex literis. de iure patron. quòd vendens iura, quæ quis habet in tali villa, non vendit vniuersitatem, sed perinde est ac si diceret, vendo tibi illum, & illum fundum. Et de indefinita vide Alexand. consil. 112. colum. 3. libro 5. Natta.

AD CONSILIVM VIII.

1 Col. 1. in princip. Videtur super.] Vide in materia aliud

 plenum

plenum consilium Alexan.num.149.lib.6.& aliquid per Iasonem consil.121.lib.1.Socin.plura consil.12.dub.4.lib.1.Et vbi constiterit de clericatu, fit remissio, nec soluuntur expensæ, & pœna contumaciæ, Gramma.voto 27.& voto 18.Et vide no. per eundem decisi.81.maximè circa fin.& consil.1.posito post decisi.nu.27. Natta.

2 Col.2.versic.Confirmantur.ibi,In clerico primæ tonsuræ.] Idem tenet Dec.ad c.clerici.in fi.de indic. Andr.Sic. consil.45.dub.1.lib.2.Cæpol.consil.11 vbi plura in materia. Natta.

3 Col.eadem,versi.Non obstant.ibi, Seu prælato suo admonitus.] Est animaduertendum,hoc de admonitione, procedere in clerico non coniugato, secus in coniugato, quia perdit priuilegium fori,si non incedit in habitu,& tonsura, secundum Archidia.Io.Andr.& Domin.ad cap.1.de cleric.coniug.in 6.& Abb. ad c.Ioannes. eod.tit.Rapha.Fulgo.consil.124.Præsuppositis statutis. dubio primo. Licet Alexan. infrà in 2.dub.videatur tenere oppositum, non tamen tenet, quia loquitur ibi quando defert habitum, & tonsuram, vt gaudeat priuilegio fori in criminalibus.Et de clerico, qui habet tantùm primam coronam, vt in criminalibus sit remittendus ad suum iudicem, ponit Grammat. pulchrè voto 33.vbi vult, ipsum esse in gradu sacro. Qua de re ponit etiam Hippoly. consil.67.dub.2.col. penul. Vide etiam Ioan. ab Anan. ad cap.1.de apost. Et de clerico coniugato non incedente in habitu,& tonsura, quòd non remittatur ad Episcopum, Guido Pa.qu.138.vbi latè. Natta.

4 Col.4.versic. Ex his infertur. ibi, Quid in clericis vxoratis.] Animaduertas, quia in causa ciuili vxoratus nullo gaudet priuilegio respectu bonorum, licet persona distringi nō possit, vt per Petr. Anchar.& Domin.ad d.cap.1.de cleric.coniug.in 6. Natta.

5 Col.eadem, versic. Pro hoc. ibi, Quia ad cognoscendum.] Idem sequitur Gramm.decis.10. Natta.

6 Col.eadem, versic. Nec etiam perderet.] Quòd in coniugato non requiratur monitio, vbi immiscet se negotiationibus, quæ interdictæ sunt clericis, tradit Guido Papæ qu.138. Natta.

AD CONSILIVM IX.

1 Col.2.versic.Ad idem.ibi, Voluisse seruari in nepotibus.] Vide Deci.qui declarat,consi.95.versus finem. Natta.

Col.penultima.versic. Tamen mater. ibi, Et adhuc etiam tenetur.] Adde Bartol. ad.l. quia autem. in princip. ff. eod. vbi per illum textum dicit, quòd licet per clausulam codicillarem videatur data hæredi potestas adeundi ab intestato, tamen hæres incidit in illud edictum. Adde in materia, quòd omittens hæreditatem ex testamento, & prohibens ab intestato, præsumitur in dolo, Bartol. ad leg. 1. in princip. ff. eod. titulo. & Bald.ad leg.1.quæst.vltim.C.eod.tit.Ita eodem modo si omittit ex institutione, vt habeat ex substitutione, vel alio iure, quo legata non debentur.l. Iulianus. ad quam Bartol. not. ff. eod. & plura in materia scribit Fran.Aret.consilio 160.col. penult. Natta.

AD CONSILIVM X.

1. Col.1.in princip. Videtur.] Contrarium consultus respondit Socin. consil. 80. libro 3. calculum suum adijciens dictis Pauli Castr.tenens, quòd pactum de retrouendendo possit exerceri contra singularem successorem. Pro opinione Alexandri consuluit etiam Franc. Curt. consilio 12. Lucius Titius, &c. Et articulum etiam tangit Riminal. ad.l.traditionibus. colum. penult.C.de pact. & Alexandrum sequitur Ias.ad.l.ab emptione. colum.3.ff.de pact.Difficultas cessaret, si promittens reuendere, hypothecasset bona, quia posset agi hypothecaria in rem, vt per Soci.d.consil.80.& de hac opin. tradit latè Ias. consil.128. libro 4.

Quid autem si is, qui fecit pactum de retrouendendo, non sit soluendo? vide in simili quod scriptum Imola reliquit ad.l. cotem.§. dominus. ff. de public. vbi videtur sentire quòd in subsidium agi possit contra possessorem: & tanto magis si possessor sciebat pactum de retrouendendo appositum inter primos contrahentes, per ea, quæ scribit Cyn. ad.l.2.quæst.11.C. de rescind. vendi. quem refert Alexand. consil.92.colum.3.infrà eod.primo libro.Ias. consil.138. colum.fin. primo lib.Et quòd contra eum agi possit in subsidium, vide in simili Alexan. ad.l. Marcellus.§.res,quæ. colum.2. ff.ad Trebel. dum allegat optimum text.in l.planè.la 2.§.1.ff.ad Trebellia. Pro hac autem sententia facit, quia actio personalis non sequitur singularem successorem: regulariter fallit in subsidium, Alex.ad l.1.§. si hæres. col.1.ff.ad Trebel. Et de articulo vide plenè Crau. consil.201. dub.1. Natta.

2 Col.2.ver.Et pro hoc videtur esse text.in l.si cum venderet.] Vide ad explicationem huius tex.Sali.& ibi Albe.& Fulgo.ad d. l.si cum venderet. Natta.

3 Col.ead. versic. Sed præmissis.] Pro hac opin.facit, quia si tibi promisi sub pœna, me non facturum opus in fundo meo, hæc obligatio personalis non transit ad emptorem, Bartol. ad.l.3.§. opus.ff.de alie.mut.iud.ca.facta.& facit bon. text.in l.ex pretibus.C. de rerum permut. l.dolus.C. de rescind.vendi.quæ iuta adducit Alexand.consil.92.colum.3.infrà eod. lib. vbi respondit, quòd si ex inobseruantia emptoris rescinditur venditio, tamen venditor non habet regressum contra singularem successorem emptoris.Et pro ista opinione facit, quia promittens vendere, obligatur ad vendendum, non ad tradendum: vt per Iaso.ad. l.in bonæ fidei.ff.de eo, quod certo loco. de quo satis plenè tangit Franc. Aret. consil.6. dub. 1. In proposito verò, an promittens reuendere, cogi possit præcisè ad tradendum, an verò liberetur prestando interesse, vide Socin.consi.253.dub.3.libro 2. Et de istis, què hic ponit Alexand. vide etiam Ias.consi.178.lib. 4.Adde,quòd si fiscus donat, vel vendit bona condemnati, creditores agere debent contra fiscum, vt per Iaso. consi.88.li.3. Et nota, quòd promittens reuendere,& non habens facultatem rei tradendæ, vt quia alienauit, potest conueniri, quia succedit obligatio post condemnationem ad interesse, Alexan. consil.232. circa fin.lib.6.Promittens autem vendere, non potest cogi præcisè, sed liberatur soluendo interesse, Alexan.consi.212.col.3. lib.6. Corn. consil.256.lib.4.vbi ponit de taxatione interesse. Vide de prædictis omnino Abb. in c. cùm contra. de pignor. Natta.

4 Col.eadem, versicul. Et primò. ibi, Ad quam Baldus.] Hanc glossam sequitur Alex. consil.92.col.2.infrà eod.lib.& ad.l.1. col.3.ff.sol.matrim.Ias.consi.211.dub.2.col.pen.lib.2.Natta.

5 Col.3.ante.versi.Nam ratio.ibi,Glossa in verbo, incontinenti.] Quòd sit speciale in istis, tenet Rui.consi.109.col.8.li.4.vbi vult, per pactum, ipso iure non retransferri dominium. Natta.

6 Col.ead.versic.Hoc apertius. ibi, Quòd in alijs pactis.] Vide aliquid per Dec.consi.298.circa finem.& consi.187.colum.3. Natta.

7 Col.4.versicul.Quartò quia.ibi, Per verba resolutiua.] Ideò Paul. Castr. ad.l.si à te.per illum text. C.de pact.inter empto.& vendi.vult, quòd si dictum sit, quòd reddito pretio, venditio habeatur pro non facta, quia ista verba sunt resolutiua contractus, competat oblato pretio, rei vendicatio. & ita etiam tenet Pau. Castr. ad l.1. C. eod. titu. & ad l.1. in fin. ff.de donation.Et de prædictis vide Dec. consi.298.col.fi.& istud latè complectitur Ias.consi.211.dub.2.lib.2.Et vide hac de re etiam latè Dec.consi.187.col.1.& seq. Natta.

Col.pen.versi.Quintò confirmatur.ibi, Vel æquipollens.] Vide Ias.ad.l.ab emptione.col.3.ff. de pact.Fabi.in tract.de emp.& vend.qu.7.prin. Natta.

AD CONSILIVM XI.

1 Col.1.versic. Et dicit Bartol. ibi, Repelluntur à testimonio.] Nota quòd in criminalibus difficilius admittuntur testes, ideò minor 20.annis repellitur.l.in testimonium.ff.de testibus.Item laici contra clericum. c. de cætero, de testib. & hoc propter magnitudinem præiudicij, vt per Alex.consi.64.colu.2.infrà eod. accedit Bald.ad l.fi.col.2.de prob. dicens, quòd in criminalib. requirũtur testes omni exceptione maiores. Ideo infert, quòd frater non admittitur tunc pro fratre. Amplia, etiam quòd crimē ciuiliter tangatur, vt patet ex eo, quod ponit Anton. Butrius & ibi Abb. in fi. de testibus vbi vult, famam nullum facere probationis gradum, etiam si ciuiliter fuerit de crimine quæsitum.

Adde

Adde etiam ꝙ in criminalibus, non creditur testibus rationem non assignātibus, etsi non fuerint de ea interrogati. Sali. ad l. fi. C. de proba. versi. quæro quid in criminalibus. Item probationes imperfectæ non coniunguntur ad plenam probationem faciendam. Bal. ad l. si quis ex argentariis. §. 1. ff. de edēdo. cum si. no. per Dec. ad c. cum causam. col. pe. de proba. Ad hæc in criminalibus non defertur iuramentū in defectum probationis semiplenæ, vt per gl. ad l. 3. in verbo, agatur. ff. de iureiu. Intellige tamen superiora quo ad probandū delictum, nam si oporteat probare defensionem, & se excusare, admittuntur probationes dubiæ, & à suspectis, vt per Ias. ad l. vt vim. col. 1. & seq. ff. de iust. & iur. Alex. col. 24. col. pe. li. 2. Et aliqua ex superiorib. tradit Dec. quem postmodum vidi. consi. 429. col. fi. Natta.

2 Col. 2. versi. Respondeo ꝙ iniustè. ibi, Qui iustitiam facere denegauit.] De pœna domini denegantis iustitiam, tangit etiā Iacob. in sua inuestitura, in verbo, Marchio. versi. Quæritur etiā ponamus. & vide Bal. & Ang. ad l. 2. ff. de his, qui sunt sui, vel al. iu. Gram. decisi. 104. Natta.

3 Item paulò post. ibi, Bar. in l. Lucius.] Adde eundem Alex. consi. 52. Viso testamento. lib. 2. Natta.

4 Col. ea. ver. Respondeo. ibi, Propter magnitudinem præiudicij.] Vide Dec. ad l. fœminæ. nu. 54. ff. de reg. iu. Natta.

5 Col. 3. ver. Circa quintum.] Vide Areti. in tract. male. in verbo, Et ad querelam. versi. subsequenter. fo. 21. Natta.

6 Item paulò post. ibi, Et per præuaricationem.] Præsumitur præuaricatio ex nimia conseruatione accusatoris cum reo, Bar. ad l. 1. §. præuaricatorem. ff. ad Turpillian. Abb. ad d. c. de his. de accus. Natta.

AD CONS. XIII.

1 Col. 1. versi. Circa primum. ibi, Et confessio facta.] Vide de confessione facta coram arbitro, & arbitratore, quomodo probet coram iudice, Feli. ad c. præsentata. col. 3. de testib. Et Alex. hic sequitur Afflict. decis. 178. dub. 6. & seq. Vide eundem Ale. j. col. 3. Natta.

2 Col. 3. ver. vel posito. ibi, vt singulariter decidit Bar.] Vide Feli. ad c. cum ex officij. col. 10. & 14. de præscri. & Crotum in re pe. l. nemo potest. car. 8. Natta.

3 Col. 3. ver. Nec ob. ibi, Quia eorum sententiæ.] Vide an dicatur sententia arbitrorum, stante statuto, de quo supra per Feli. ad c. irrefragabili. §. cæterum. col. fi. de offi. ord. Natta.

4 Col. ea. versi. Nec obst. d. l. ibi, Nisi habeat testes.] Sequitur Dec. consi. 458. Sed quid in actis iudicialibus? Alex. hic nihil firmat. Natta.

5 Col. 5. versi. Plus dico. ibi, Nomine dicti magistri.] Nota ꝙ nomine alterius quis stipulari potest: debet tamen actionem cedere. quod etiam voluit Alex. consi. 40. colum. 1. in fi. j. libr. 5. Natta.

6 Col. pen. versi. Alij verò. ibi, Tanquam nuntij.] Nuntius nō destinatus à donante, non facit vt valeat contractus: de quo scribit And. Sic. consi. 80. Illud referam. dub. 3. lib. 1. Natta.

7 Col. vlt. versi. Sed si probatur. ibi, fama per duos testes.] Benefacit quod scribit Anch. consi. 246. si plures testes sunt non integri, & suspecti, numerus non releuat. & istis limita regulam, quæ est, Duo vincula magis stringunt, quàm vnum. fallit, vbi vtrunque est imperfectum. Natta.

AD CONSIL. XIIII.

1 Col. 1. in prin. Circa primum.] Super hac eadem facti specie consultus respondit Soci. vt patet eius consi. 52. lib. 1. Et in materia vide Alex. consi. 78. lib. 4. Ferrat. caut. 30. & Rui. cōsi. 71. lib. 2. & no. consi. 51. per totum lib. 1. & ibidem consi. seq. Soc. consi. 232. lib. 2. Rui. consi. 123. lib. 1. Natta.

2 Col. ea. versi. Et primò. ibi, Volens vos remunerare.] Remuneratio conuenit etiam donationi causa mortis. l. nec adiecit. ff. pro socio. l. idemque. §. fi. ff. mandati. Et vbi actum est, ꝙ donatio non valeat, præmoriente donatario, est donatio causa mortis. l. Seia. in prin. ad quam Pau. Cast. ff. de don. cau. mor. Reseruatio autem vsusfructus operatur donationem inter viuos. Bal. consi. 107. lib. 2. quem vide. Natta.

3 Col. 2. eod. ver. ibi, Quia adiectio talis videtur in dubio.] Sequitur in not. casu Dec. vbi confirmat, consi. 216. col. pe. & Oldradum sequitur Alex. consi. 40. col. 3. lib. 4. & dicit Ias. col. 2. ff. de con. ob caus. ꝙ donatio facta ob seruitia, valet etiam si de seruitiis non constet. Natta.

4 Col. ea. versi. Et dicit etiam Bar. ibi, Contra illam donationem.] Vide Areti. consi. 74. dub. 2. Ias. ad l. non omnis. ff. si cer. pet. & notabiliter Dec. consi. 305. Alex. consi. 7. dub. 2. lib. 6. Ias. plenè consi. 6. lib. 3. & consi. 5. eo. lib. Natta.

5 Col. ea. ver. Insuper. ibi, Et potest intelligi.] Facit, quia tempus adiectum actu iam perfecto, in separata oratione, intelligitur appositum gratia differendi, non suspendendi actum, Bal. ad l. ex his. C. quando dic. lon. consi. ad l. si cui legetur. circa fi. ff. de leg. j. Natta.

6 Col. 2. ver. Hoc etiam innuit reseruatio vsusfructus.] Reseruatio vsusfructus, & rei traditio, conueniunt donationi causæ mortis. l. non omnis. ff. si cer. pet. l. Seia. in prin. & ad eam Paul. Ca. ff. de dona. causa mor. Pet. Anch. consi. 76. Per modum cōsilij. col. j. Natta.

7 Col. ea. ver. Postremò. ibi, Pro d. domina Appollonia.] Vide hac de re Decium latè consi. 470. Natta.

8 Col. 3. ante versi. Confirmo. ibi, Explicandos in vita.] Hanc Bartoli sent. refellit Ias. consi. 130. lib. 4. Natta.

9 Col. ead. versi. Confirmo. ibi, Post mortem hæredis non intelligitur grauatus.] Hac de re vide affatim Soci. consil. 133. per totum, lib. 3. & plenè Iasonem idem tenentem consi. 130. col. 3. lib. 4. Natt.

10 Col. 4. in fi. ibi, In casu proposito tale const.] Idem sequitur Dec. adducens alias autoritates consil. 226. Magister Ioannes. col. 1. & consi. 247. col. 1. & consi. 432. col. 1. Natta.

AD CONSIL. XV.

1 Col. 3. ver. Sed præmissis. ibi, Vt probat Bar. in præal.] Idem tenet Gram. decisi. 2. Natta.

2 Col. 5. ante versi. Quintò moueor. ibi, Et Hosti. in summa in titu. de homicid.] Hostiensis eo in loco loquitur quo ad irregularitatem. Et quòd vbi omnes percusserunt, omnes teneātur de homicidio, vult gloss. ad l. si rixa. ad quam Bar. & Ange. Idem etiam tenet Ang. ad l. quoniam multa facinora. C. ad l. Iul. vnde vi. & Sali. ibidem latè: vbi respondit Alber. Papi. qui dicebat grauiter in pecunia etiam puniendos. Et ad rationem ꝙ in dubio fit interpretatio in pœnalib. in mitiorem partem. idem tenent Pet. Anch. Salic. & Gaspar Calder. in consilio communiter edito, quod est inter consilia Petri Anch. nume. 216. qui dicunt, quòd vbi constat, omnes vulnerasse, quanquàm nesciatur, quis lethale vulnus inflixerit, omnes homicidij reos esse. Idem censuit Alberi. Rosate in 3. parte. quæst. 61. Idem existimauit Tancred. à Cor. vt colligo ex verbis Alexan. consi. 2. col. 2. lib. 6. Fel. etiam ad c. significasti. lib. 2. de homicid. scriptum reliquit, omnes pœna mortis puniri, quando apparet, omnes vulnerasse, licet vnum duntaxat vulnus sit lethale. Et ꝙ opinio Bart. ad d. l. si in rixa. sit
* *communis contra Alexan. hic, dicit Ange. Areti. in tract. malefi. in gloss. in verbo, Et Andream. auxiliatorem. in versi. Quid autem si vnus & cap. Idem voluit Archid. 23. quæst. vlt. ꝙ quando constat, omnes deliquisse, sed non æqualiter, puta quòd omnes percusserunt, sed vnus tantùm occidit, & nescitur quis sit ille, qui occidit, tunc omnes de homicidio teneri, quia ex quo omnes deliquerunt, fit interpretatio contra omnes, nec isto casu locum habet. l. absentem. ff. de pœnis. Et istud fortius vult etiam procedere, etiam si appareret ex cuius ictu decesserit, ex quo voluntas ad actum occidendi processit. Ioan. ab Anania ad dict. c. significasti. lib. 2. de homicid. refert dic. Barto. ad d. l. si rixa. & ea sequi videtur. Eandem sententiam tenet Dyn. ad c. in obscuris in fin. de regu. iur. in 6. & Inno. ad d. c. significasti. quem allegat Barto. ad d. l. si in rixa. Idem censuit Florian. ad d. l. item Mela. §. sed si plures. ff. ad leg. Aquil. dicens, quòd pluribus simul percutientibus, cōtemplatur ictus vniuscuiusque, vt certum fieri possit, quis mortem intulerit d. l. si in rixa. verum si hoc pacto minimè constare possit, in dubio tenentur omnes de homicidio. Facit ad rem quod est à Baldo literis consignatum in com. ad l. ob hæc verba. ff. de his, qui not. infam. qua de re per A-

lex.infra consi.103.col.4.ꝙ præsumitur contra malè consulentem in dubio, quòd is cui consulit, aliàs non esset facturus, ex quo semel constat de actu illicito. Facit, quia si Chirurgi sunt in diuersis opinionibus, an vulneratus perierit ex vulnere, contra percussorem iudicatur. Bald. ad c.1.quib.mo.feu.amit. Dec. ad c.proposuit.col.5.de prob. opinionem autem Bartoli sequitur Rom.consi.401.Cuma.consi.134.col.2.sed cū opinione Ale. hic concord. Dec. ad l.fauorabiliores.ff.de reg.iur.vbi subdit, ꝙ in tali incertitudine ad eruendam veritatem poterit torqueri ille, qui est malæ famæ. Hippo. ad rub.C.de proba.nu.418.& cōsi.50.col.2.Gram.consi.4.Opinionem Alexandri hic sequitur Parisi.in suo consi.decisiuo.148.lib.4.& latè Afflict.ad consti. Regni, Terminum vitæ. Et opinionem Dyni approbat Bartholomæus Brixiensis.q.99.Illud minimè est silentio inuoluendū ꝙ si nullo modo constet à quibus quis fuerit vulneratus, tunc autor rixæ vt principalis punitur. Hippo.sing.403.Superiorib. Postremò illud etiam est scitu dignum, quod est à Romano literis proditum ad l.j.§.si quis in villa.ad si.ff.ad Syllan. ꝙ si quatuor sint in vno domicilio, de quo proiectus fuit lapis, cuius ictu aliquis sit occisus, omnes sunt torquendi. etsi in contrariam sententiam discesserit Hippol.singu.217. Natta.

3 Col.pen.ver.Secundò respōdeo.ibi, Si non constat quis fuerit principalis.] Vbi non apparet de principali delinquente, non potest quis de auxilio puniri. Contra qđ facit, quia punitur furtum, etiam si non appareat cui sit factum. Alex.consi.23.libr.6.

1 Col.vlt.ver.Et medici.ibi, Vbi serui vtriusque.] Seruus medicus.ex quo colligit͛, medicinā non adnumerari posse ingenuis artibus, & ideo Iurisconsultos præferendos esse medicis. Ex Plinio atque aliis satis notum est nullo in honore olim apud Romanos medendi artem fuisse, & Græcos homines, & seruos medendi artem profiteri solitos. Natta.

5 Col.vlt.versi. Tamen dico.ibi, Post bannum.] Huic inquit Dec. ad l.3.§.illud.ff.quod quisque iuris.ꝙ ius adeundi competit ei, cuius bona sunt confiscata, nec transfertur in fiscum. & vide Alex. ad l.ex facto.§.Iulianus.ff.de vulga. Natta.

AD CONSIL. XVI.

1 Col.1.non longè à principio.ibi.Si rectè.] Io. ab Anania cōsi.4. Visis statutis.13.dub.tenet ꝙ attendatur statutum loci, in quo est maior pars bonorum.per l.si fideicom.in princ. & ad eā Pau.Cast.ff.de iudi. Vide Dec.consi.276.col.pe.& cons.314. dub.2.Curt.Iuni.consi.13.Geor.Nattā ad c.quanuis.colū.60. Rui.consi.48.lib.3.& Alex.consi.141.col.4.lib.7. Natta.

2 Col.2.ver. Petr.etiam.ibi, Quando decedens persona non fuisset subiecta statuentibus.] Contrarium censuit Alex.consil. 111.col.3.lib.7.Albe.q.46.Item quæro, aliquis mercator.1. parte.tenet ꝙ attenditur magis persona, de cuius hæreditate agitur, quàm locus, vbi sunt sita bona. Natta.

3 Et mox ibi, In quo decessit ille.] Hanc opinionem tenet Sal. ad l.cunctos populos.Maria.consi.36.col.2.& 3.inter consi. Soci. Signor.consi.252.super dubiis.col.3.Ias.consi.80.col.fin. lib.3. Natta.

4 Col.3.versi. Venio ad secundum.ibi, Debeant indicari bona.] Vide de his optimè per Soc.consi.101.lib.1.Et no.ꝙ Alex. hoc dicit de mercantiis, vt sit de loco vbi sunt sita, contra quod adducebatur tex.in l.generali.§.vxori.ff.de vsufr.leg.Bald. ad l. certi iuris.q.7.C.locati.Sed dic, ꝙ non sunt de certo loco particulari circunscriptiuè: non tamen sequitur, quin sint de territorio certo vbi proponuntur venalia, sicut nec nomina debitorū circunscribuntur loco.l.Caius.in prin.ff.de lega.2.sunt tamen de territorio, vbi contractum est debitum, vel destinata solutio, vt per Alex.hic. & patet, quia sunt mansura perpetuò, id est donec inuenerint emptorem: quia perpetuum est, & dicitur aliquid, quousque destinatū finem acceperit.l.1.ff.pro socio.ibi, perpetuò.i.donec viuunt. Et eo magis, quia venditis prioribus, substituuntur aliæ merces, quæ tenent locum priorum. vt in terminis Bal.in l.vbi adhuc.col.6.C.de iu.dot.Et qui subrogatum possidet, dicitur ipsum principale possidere. Afflict. not. decisi. 395.per l.1.§.seminarios.ff.de vsufr. Natta.

5 Col.ead.ver.Ad hoc.ibi, Quod ponit Bal.in l.mercatores.] Sed Bal. ad l.mercatores.sequutus est Alex.consi.31.colū.3.j. eod.lib. Natta.

AD CONSIL. XVII.

1 Col.1.in prin.ibi, In quo consului.] Habes hoc Alex.consil. lib.6.consi.15. Natta.

2 Col.2.versi. Quòd autem.ibi, Quia dicti creditores.] Istud consi.Alex.refert, & sequitur Feli. ad c.nonnulli.col.36.de rescrip. Natta.

3 Col.ead.ante versi.Secundò.ibi, Quia nomē debitoris possideri non potest.] Ideo per constitutū non transfertur in nominibus possessio: sed cessio requiritur, quæ habetur loco traditionis.l.fi.& ibi Bar.ff.de dona. & Bart.ad l.1.col.pen.ver.quæro quæ sit differentia.C.de actio.& obli. Natta.

4 Col.4.versi.Ex prædictis.ibi, Non ob.quod not.per Inno.] Alias responsiones tradit in d.consi.15. Natta.

AD CONS. XVIII.

1 Col.2.ante versi. Nec etiam.ibi, Certum pretium.] Sequitur Alex. ad l.suus.C.de repud.hære.& vide j.eundem in fi.consi. & Ias. ad l.admonendi.in rep.col.77.ff.de iureiu. Natta.

2 Col.ead.ver.Et dato.ibi, Contra tertium possessorem.] Vide Rom.tangentem consi.91.col.2.vbi sequitur Bal. ad d.l.1.C.de reb.alie.Et vide Rom.sing.742. Natta.

3 Col.ea.ante versi.Constat.ibi, Quia illud non vendicat.] Sequitur Afflic.decisi.72. Natta.

4 Col.ea.ver.Constat autem ꝙ affinis.] Licet affinis non reperiatur prohibitus testificari, tamen ei minus creditur, quam testi qui est omni exceptione maior. Hac de re latè scribit Ias. ad l.admonendi.in repet.ff.de iureiur. Natta.

AD CONSIL. XIX.

1 Col.2.vers. Circa secundum.ibi, Si magistratus abest, debet expectari.] Fallit, si expectatio frustra esset, quia tunc non debet expectari. Alexā. ad l.de pupillo.§.si quis ipsi prætori.in 16.q. Bar.in apost.de no.oper.nun.& vide Alex.infra cons.164.col. fi.lib.2. Natta.

2 Col.3.prope versiculum, Vnde deb.ibi, Si postulatus fuerit à partibus.] Vide Fel. ad c.si autē.in verbo, negligentia. de rescri. & ad c.venerabilis.col.7.de iudi.Et de hoc Ang.dicto meminit Ias. ad l.vniuersa.C.de preci.impe.offer. Natta.

3 Col.ea.ver.Et in proposito.ibi, Iuxta nota.per gl.] Vide Ale. latissimè ad l.ita stipulatus.colum.3.de verborum obligatio. Natta.

4 Col.ea.ver.Et ista.ibi, A die commissionis.] Istud dictum Angeli sequitur Alex.consi.167.col.2.infra lib.2. Natta.

AD CONSIL. XX.

1 Col.2.vers.Et videtur prima cōsideratione.] Hanc quæstionem, nunquid filius ex potentia suitatis transmittat partem sibi delatam ex beneficio statuti excludentis filias fœminas, non agnitam, ad suum hæredem, tangit etiam plenè Soci. consil.153. dub.2.lib.2.vbi in effectu concludit cum Alex.hic pro parte affirmatiua. Et de hoc suo consilio meminit Alex. ad l.si filius, qui patri.in fi.ff.de vulg.& pup.Et de hac q. vide Areti. ad l.ventre. col.14.versi.item adde inquātum d.Mæus.ff.de acqui. hære.& ad l.si quis posthumos.§.si filium.ff.de lib.& posth.col.pe. Vide latissimè per Rui.tenentem contrariam opinionem, & respōdentem fundamentis hic per Alexandrum constitutis, ad l.si ex toto.in prin.col.2.cū pluribus seq.ff.de leg.1.Et plura per Brunum in tractatu de statutis excludentibus fœminas.art.13.prin. q.6.Iason etiam plura ponit ad l.si arrogator.colum.8.& sequ. ff.de adop.Et opinio Alex.hic est * communior, vt testatur Ias. consi.201.li.2.vbi tamen non vult, ꝙ procedat in portione hæreditatis maternæ non aditæ, delatæ beneficio statuti. Et vide et aliquid per Dec.consi.296.col.fi.& latè consi.331.col.pen.& seq.& consi.607.dub.vlti.Vide etiam latè per præd. qu. Socin. consi.67.lib.4.per totum, vbi vult idem esse in hæreditate matris

tris non adita. Et vide Gram. decisi. 63. vbi vult, filium non trãsmittere portionem sororis non aditam, ad neptem ex se natam, secus ad nepotem. Natta.

2 Col. pe. ver. Non ob. ibi, Repudiassent hæreditatem.] Quãdo aliquid acquiritur ipso iure, licet requiratur declaratio voluntatis, tamen acquiritur ignoranti, sed reuocabiliter, ideò requiritur expresse repudiatio. Pau. Ca. ad l. senatus. §. legatum. & ad l. si legatarius. §. 1. ff. de leg. 1. Natta.

3 Col. fi. sub finem. ibi, Habet intentionem suam fundatam.] Hanc opinionem latè tuetur Alex. ad l. is potest. col. antep. ff. de acqui. hære. Soci. ad l. si inter. col. 2. ff. de rebus. dub. Natta.

AD CONSIL. XXI.

1 Col. 1. ver. Et primò. ibi, Datus fuit curator.] Nunquid datio curatoris faciat quem haberi pro minore, vide etiã Alex. consi. 147. col. 4. lib. 7. Et vide Dec. loquẽtem in curatore, qui fuit datus prodigo, consi. 274. col. 2. Et in curatore, dato mente capto vide Dec. consi. 86. col. 5. Adde ꝙ sententia iudicis condemnantis aliquem vt tutorem nõ probat tutelam. Alex. consil. 94. col. 2. lib. 7. Et pater dans tutorem filio tanquam pupillo, facit vt ille pupillus intelligi debeat. Deci. consi. 526. col. 2. Natta.

2 Col. 2. ibi, Quæ no. Bald. & Ang.] Cum hac opinione tenet Alex. consi. 92. col. 3. lib. 5. Contrarium censet verum Rui. consi. 99. li. 4. Natta.

3 Col. ea. ver. Ad idem. ibi, Vt non litiget cum curatore.] Nota, ꝙ qui acceptat personam alicuius vt talẽ, non potest amplius improbare. Ad quod faciunt pulchrè deducta per Fel. ad c. cum inter. col. 7. de exce. vbi inter cætera adducit d. Bal. ad d. §. quod obseruari. Natta.

AD CONSIL. XXII.

1 Col. 1. ver. Moueor. ibi, Si arbitri sententiam tulerint.] Sequitur Feli. ad c. ex tenore. colũ. 4. de rescri. & ad c. cum olim. in fi. de præscri. Soci. ad l. si quis arbitratu. 5. no. ff. de ver. ob. Nat.

2 Col. ea. & eo. ver. ibi, Sententiæ, quæ in rem iudicatam.] Vide Dec. consi. 39. vol. 1. & consi. 375. vol. 1. Natta.

3 Col. ea. ver. Cõprobantur. ibi, Et quandoque accipiatur lis.] Vide Alex. ad d. l. postquã liti. & ad l. causas. C. de transa. Nat.

4 Col. pe. ver. Et dato etiam ꝙ ius non sit liquidum.] Remissio debiti non liquidi dicitur donatio: quod intellige de debito facile liquidabili: alias remittere debitum dubium, & intricatũ, non est dare, sed facere. Dec. ad l. pactum curatoris. C. de pact. Et ꝙ debitum non liquidum Syndicus possit remittere transigendo, tenet Dec. consi. 297. dub. 2. Præterea Dec. ad l. pactum. dicit, ꝙ remittens debet de suo soluere. l. omnes. C. de an non. & tribus. lib. 10. Natta.

5 Col. ea. ver. Attento ergo. ibi, Quia in mandato quantumcũque generali.] Adde fortius, ꝙ nec ordo totus Decurionum donare potest, licet populus totus itud possit, Bar. ad l. ambitiosa. col. 2. & 3. ff. de decret. ab ord. fac. & dictum Alex. hic in Syndicis amplectitur Dec. consi. 199. col. 2. & Alex. consi. 7. in fin. lib. 7. Natta.

6 Col. vlt. ver. Et expresse. ibi, Nec dilapidare.] Idẽ tradit Alex. ad d. l. si procurator. col. 1. C. de procur. Natta.

7 Col. ea. versi. Vnde videmus. ibi, Quia dicuntur legitimi administratores.] Syndicos ciuitatum, & villarum habere liberam tradit Alex. reputans notabile ad d. l. præses. C. de transf. Natta.

8 Col. ea. ver. Vnde dicit. ibi, Quòd prælati ecclesiastici.] Sequitur Alex. ad l. pactum. la 2. C. de pact. & Abb. latè consi. 54. lib. 1. Natta.

9 Col. ea. ver. Et idem. ibi, Non potest renunciare appellationi per se interpositæ.] Istud de appellatione firmat Alex. consi. 115. lib. 5. Natta.

10 Col. ea. ver. Et licet. ibi, Non quo ad maiores.] Vide Feli. in vtranque partem ad d. c. Sedes. col. 9. de rescri. Natta.

AD CONSIL. XXIII.

7 Col.ead.vers.Preterea etiam.ibi,Exceptio compensationis.] Exceptio compensationis non dicitur propriè exceptio. Adde tamen quòd promittens litem, vel molestiam non inferre, non potest opponere compensationem: quia compensans dicitur petere.Ita Alexand.in apostill.ad Bart.in l.1.ff.de compensat.In oppositum fortiter vrget,quod scribit Matth.de Afflict.decisio.Neapol.121.Vbi dicit mirabiliter, quòd quis exceptioni compensationis renunciare non potest. Et pro illo dicto Alexan.facit:quia prohibitus inferre molestiam, non potest inferre etiam de iure,vt per Bar.in l.Lucius.ff.tres hæredes.ff.ad Trebellia.

8 Col.ead.versi.Non obstat vltimum.ibi, l.si verò non remunerandi.§.inde Papinianus ff.mandati.] Not.tex.elegantem,quod ex prima donatione præsumitur redin. Natta.

AD CONSILIVM XIII.

1 Col.pen.versi.Tertiò respondeo.ibi,C.de gladiato.penitus,&c.] Dictio,penitus, habet naturam præcisam, nec recipit limitationem,vt per Dec.consi.401.col.1.

2 Col.ead.versi.Vltra prædicta.ibi,Quod no.Bart.in l.quæsitum.]No.hanc distinct.Bar.in l.quesitum.§.fi.quòd generi per speciem derogat in eadem voluntate,secus in diuersa voluntate.

3 Col.fin.versic.Fortificantur.ibi,Per eorum ministros vel socios.]Scientia procuratoris,nõ est scientia domini,tex.optimus in l.item veniunt.§.petitam,il secundo.ff.de peti.hære. Natta.

AD CONSILIVM XIIII.

1 Duplicatum consi.40.lib.6.

2 Col.1.versi.Et pro hoc.ibi, Quòd vltra annũ, & mensem nõ possit peti inuestitura per successores vasalli.] Sed videtur, quòd de æquitate canonica possit mora quandocunque purgari per nota.per Alex.in l.si maior.col.3.C.de transact.

3 Col.3.versic.Pro huius confirmatione.ibi,Quando.l.vel statutum præfixit tempus, & dubitatur an currat ignoranti.] Vide plenè Ro.per 11.fundamenta consil.128.1.dub.Dec.consil.38.col.pen.vbi inquit, quòd ignorans dicitur impeditus.Et sequitur Dec.consilio 530.dub.3.& Ruin.notanter consilio 54.columna 3.libro quinto.

4 Col.4.versic. Et dato.ibi, Facilius conseruari vasallus in iure, quod habet quàm recuperare quod amisit.] Ad istam regulam, quòd facilius aufertur quærendum,quàm quæsitum, vide plura exempla per Felin.in c.quæ in ecclesiarum.col.19.de constitu. Natta.

AD CONSILIVM XV.

1 Vers.Respondeo.ibi, Prædia, & possessiones dicuntur iura.] Iura prædiorum dicuntur bonitas, salubritas, & amplitudo.d.l.quid aliud,& secundum gl.ibi, Libertas.& seruitus. Alexan.hic dicit,quòd venit dominium,& possessio.

2 Versic.Circa tertium.ibi, Cum habeatur pensio pro percepta, quando fructus,&c.] Vtrum fructus,& pensiones clericorũ pertineant ad hæredem clericorum testantium,ponit plenè Ias.consi.75.per tot.lib.3.

AD CONSILIVM XVI.

1 Col.2.versi.Et ideò.ibi, Vbi in contractu innominato interuenit stipulatio.]Vide Alex.in l.1.ff.de pact.col.pen.Alexan.& ibi.etiam no.Are.in Rubr.ff.de verbo.obliga.in fi.Et latissimè Ias.in l.cum mota.3.notab.C.de transact.vbi dicit communem contra Bar.

2 Col.ead.versi.Præterea.] Ex pacto nudo de permutando oritur actio iure cano.Et de his vide latè Soc.in Rubri.ff.de verbo.obliga.col.2.& seq.& Alex.& Ias.in l.si pecuniam.ff.de condi.ob cau.

3 Col.fina.versi.Quæstio ista.ibi, In generali alienatione nõ venit feudum.] De hoc vide latè Dec.in l.1.2.lectu.col.2.ff.si cer.peta.& an appellatione bonorum veniant feuda, ita vt renuncians bonis intelligatur renunciasse feudo.Iaso.consi.207.lib.2.Et quid in statutis,vide Ias.not.in consi.224.lib.2.& vide Ias.consil.6.dub.2.lib.3.Et ibi in vlt.col.dicit, quòd nulla realitas acquiri potest in feudo sine corporali inuestitura. Et de his etiam ponit Iaso.consil.70.col.penult.lib.3.& consil.152.lib.4.Et cum vniuersitate transferuntur vasalli.Dec.consi.61.col.2.& statutum prohibens alienationem, nisi requisito consorte, habet locum in feudalibus,& emphyteuticis,respectu vtilis dominij,Alexand.consil.27.col.penult.lib.6.Et ad id,quod Alex.hic dicit,vide late eundem consil.41.1.dub.lib.6.Et vide Dec.consil.389.col.2.& ibidem in col.fina.dicit, quòd in vniuersali sermone includitur feudum,& emphyteusis,sed non in generali.Rursus in generali sermone venit feudum, vbi non est prohibita alienatio.Crauetta consi.403.num.4.Et vide eundem plenè consilio 256.Idem vult Rui.consil.72.col.4.lib.5.& consilio 43.circa fin.lib.4.Et vide Alexan.in l.si constante colu.11.ff.solut.matrimo.Et vtrum appellatione bonorum veniant feudalia,Iaso.in l.quod dicitur,la vltima, nu.31.ff.de verbo.oblig. Natta.

AD CONSILIVM XVII.

1 Col.2.versi.Et ideò.ibi,Et decidit,quòd non:quia statutum prædictum tendit ad diminuendum.] Istud dictum Bald.sequitur in simili proposito Dec.consil.216.col.fina.Et in simili etiã proposito consuluit Dec.consi.110.Ibi vide. Ostendens isto casu non procedere argumentum à contrario sensu.Et consi.163.arguens contra Soci.not.dicens,quòd argumentum à contrario sensu sumi debet strictè secundum naturam verborum, & consilio 386.primo dub.

2 Col.ead.versic. Pro hoc.ibi, Si statutum dicat, quòd Vsurarius.]Idem dicit Bald.in auth.ad hæc col.2.de vsur.

3 Col.eadem versiculo. Pro hoc bene facit.idem, quod not.Domi.de Rota.] Hanc decisionem Rotæ refert etiam, & sequitur Alexand.consilio 126.colum.secunda libro 5.Et Felin.in c.licet colum.2.de offic.ordina.Vbi tamen ponit, quòd operentur quendam effectum. Et contra Ro.obstat.fortiter quod ponit Alexan.consil.84.lib.5.post Ang.& Pet.de Anch.Sed pro Ro.facit decisio Alb.relata per Felin.in c.2.col.22.de rescrip. Natta.

AD CONSILIVM XVIII.

1 Col.1.versic.In quo omissis argumentis. ibi, d. do. Antoniũ ad prędictorũ obseruantiã vlterius non teneri.]Istud tenet Dec. cons.265.col.pen.licet in casu suo aliud decidat. Et istud consi. Alex.sequit Rui. consi.54.lib.1.Fran.de Cur.cons.79.col.pe.

2 Col.ead.versi.Et ideò. ibi, Non obstante iuramento possit contrauenire.]Istud latè tenet Ias.in l.duob.§.fi. ff. de iureiu. Et in l.si ita quis.§.Pa.l.col.7.ff.de verb.ob.Bru. consi.76.Contra facit quia facta prorogatione iurisdictionis, licet pœnitere possim ante litem contestatam, non sic vbi iuramentum est interpositum,vt per Alex.in l.si conuenerit.ff.de iur.om. iud. Eodẽ modo in contractibus innominatis iuratis.etiã re integra,pœnitere non licet, vt per Iaso. in l. si pecuniam. ff. de condic. ob cau. & Alex.vide infra circa fin.

3 Col.2.ver.Fortificantur. ibi, Manfredus cœpit sine iusta causa esse rixosus & molestus do. Antonio.]Debet tamen de hoc, ꝙ sit rixosus constare. sicut in simili dicitur, quòd est licitum sequestrum propter vitationem rixæ,& scandali, debet de hoc timore rixæ cõstare summariè parte citata, Dec.in l.fi.col.3. C. de edic. di.Adri.Et facit regula generalis:quia vbicunque aliquid permittitur cum aliqua qualitate, debet de tali qualitate constare. l. si forte, vbi Bar.ff.de Castren.pecul. Io. Andr.in rub. de reb.eccl. non alienan.in addi.Specu. Item quando actus prohibetur regulariter, & quibusdam casibus permittitur, pro regula præsumitur,vt per gl.in l.omnis diffinitio.ff.de reg.iur. & in rubr.eo.tit. in 6.& res certa dicitur pro eo, qui regulæ innititur Bar.in l.2.ff. si quis in ius voca.non ierit.

4 Col.ead.versi.Comprobantur.ibi,Quòd testamenta facta à dominis terrarum sunt lex.] Vide de hoc dicto Bal. Alexan. in l. Centurio col.4.Dec.consi.516.col.1.

5 Col.ead.versi.Ex his ergo.ibi,Petere possit diuisionis.]Dum concludit Alex. quòd conuentio, de non diuidendo, non valet accedente etiam iuramento, improbat Iaso. in l. si non sortem. §.si centum col.penul.ff.de condi.inde. Rui. in l.filiusfamilias. §.diui col.42.ff.de leg.1.Sed Alexan. sequitur Felin.in ca.edoceri col.5.de rescrip. Dec.consi.265.col.2. Curt.senior consil. 53.col.4.& consi.69.col.penul.

6 Col.fi. vers.Nõ dico.ibi, Adeò ꝙ impunè euasissent,&c.]Pœna indulgeri debet ex causa.l. respiciendũ in fi.ff.de pœn.Et probat:quia delinquens naturaliter obligat ad pœnã correspondentẽ delicto,Bal.in l.ex hoc iure col.pe.q.7.ff.de iust.& iu.Natta.

AD CONSILIVM XX.

1 Col.fin.ver.Nec obstat prædictis.ibi,l.2.§. quòd si in patris. ff.solu.matrim.] De hoc ibi vide latè per Alex.& Moder.

2 Col.ead.versi.Et constat ꝙ appellatione ciuiũ veniunt etiam incolæ.]Vide Alex.in l.in prouincial.§.si publico.ff.de ope.no. nuncia.vbi vult Incolas gaudere beneficio statutorum. Natta.

AD CONSILIVM XXI.

1 Hoc consi.duplicatum est consi.37.lib.5. Natta.

AD CONSILIVM XXII.

1 Duplicatum consi.25.lib.6. Natta.

AD CONSILIVM XXIIII.

1 Col.2.versi.Sed præmissis.ibi, Admittitur probatio per coniecturas.]Vbi non solent confici instrumenta, admittitur leuior probatio Paul.de Castr.consi.114.dub.5.lib.2.

2 Col.6.versi. Nõ obstat ꝙ ipsemet Thomas. ibi, Iniuria facta vni de agnatione, censet facta omnibus.] Facit quia præsumitur inimicus ob offensam, & ex quacunque potestate iudici tradita, non recipitur inimicus in testem, Bar.in l.filiusfamilias.col.3.ff. de donatio.

3 Col.7.versi.Vltimò,non obst.excessus.ibi, Non solum in domo,sed extra.] Vtrũ liceat capere in alieno territorio delinquentem,quem incepit in suo prosequi, Ang.de Are.in tract.malefi. in gl.fama publica versi.Sextò quæritur,fol.40.& in glo.in platea Communis, versic. Quæro quid si aliquis. fol.55.Marsi.in pract.crimi.§.vlterius. Ias. in l. in plerique num. 12.ff.de in ius vocand.Felin.in ca.fina.col.8.de fo.compet.

4 Col.ea.versi.Nam lex.ibi,Prosequitur eam fugientem,&c.] De hoc ponit etiam Salic.in l.Graccus.q.3.C.de adulte. vbi inducit ad quæstionem statuti permittentis animalia in suo fundo occidi ibidem reperta,possit inueniens, & fugiens animal persequens extra fundum occidere.

5 Col.ead.versi.Quinimò Bal.ibi,Si tamen repertus fuerit per officialem extra domum, &c.] No. limitationem ad l.plerique. ff.de in ius vocan.Clarum est, ꝙ ex interuallo non est licitum capere,Bal.consi.209.Quidã Sanctus.lib.2.

6 Col.9.versi.Et præsertim.ibi,Statutũ disponens,ꝙ quis contrahere nõ possit sine consensu duorum coniunctorũ.]Idem tenet Dec.in l.fœminæ.ff.de reg.iur.versi.15.Si statutum.& facit Bal.in c.ad audientiam, il primo, circa finem, de rescrip. ꝙ dans executores fratres,non videtur loqui de sororibus propter inualidum consilium.

7 Vers.eod.ibi,Non concipiet fœmininum,quia in mulieribus, non est eadem ratio.]Sequitur Alexan.in l.2.§.voluntatẽ ff.sol. matri.Dec.in l.1.C.vnde.vir & vxor.

8 Col.ead.vers.Insuper.ibi,Hora sexta noctis.]Tempus noctis aggrauat, ideò licet marito adulterũ vilem deprehensum in eius domo occidere,l.Graccus,de Adulter.

9 Col.pen.vers.Non obst. etiam quod dicitur dictam confessionem.ibi,Quia respõdeo.] Confessio extraiudicialis absente parte facit indicium.Tamen Ias.in rep.l.admonendi,dicit esse communem quòd faciat semiplenam.

10 Col.fi. versi.Non obst.ꝙ testes. ibi, Anto.de Butr.in c.2.extra de regula.] No. pulchrè de testibus duo dicta posita per Ant. in c.2.de regula. Et etiam ea refert, & sequitur Feli. in c. cum tu col.5.de testib.Et adde aliud dict. Ant.de Butr.in c.1.de offi.lega.ꝙ licet vnus testis dicat plus quàm alter,non vitiatur dictum, & ista omnia extendit ad duas scripturas Dec.consi.602.col.2. quòd licet in vna sit aliquid plus, quàm in alia,præsertim de non concernentibus factum principale, ꝙ non vitietur. Sed in oppo.si duo testes non conueniant, quia vnus plus dicit, alius minus,vitiari testimoniũ, tanquã testes sint singulares, vult Alex. cons.118.col.1.lib.1.pro quo facit dictum Bald.in l.cum antiquitas.C.de testa.relatum per Alex.consi.117.col.pe.infra eo. lib.attamen primum dictum Alex.tenet consi.215.col.2.infra eod.Et ista duo dicta do.Anto.sequitur Alex. consi.186.col.2. lib.7. Natta.

AD CONSILIVM XXVI.

1 Duplicatum consi.143.lib.5.

2 Col.1.ver.Et in proposito.ibi,Quò ad suam legitimam.]Vide Alex.consi.47.col.pen. suprà lib.1. Et vnum verbum ponit in l.sæpe col.pen.ff.de re iudica.

2 Col.2.versic.Nec prædictis. ibi, Et licet donatio confirmata morte.]Donatio confirmata morte,licet habeat vim relicti, tamen non est propriè relictum. Et Alex. idem sentit in terminis huius statuti consi.54.col.2.lib.7.Et fallit si confessio dotis fieret in testamento,ex quo habet vim legati,quia tunc militat statutum Alexand.consi.128.in prin.lib.7.Et contra Alex.hic subtiliter tenet Ruin.consi.52.lib.1. Natta.

AD CONSILIVM XXVII.

1 Domina Bartholomæa cesserat initio instrumenti omnia iura, quę habere reperiretur.deinde notarius in clausulis generalibus posuerat clausulam,paciscens se esse veram creditricem.

2 Col.2.vers.Denique.ibi, Credit minori parti, si verisimiliora deponunt.]Vtrum præponderet numerus,an verisimilitudo. Vide Dec.in c.licet causam.11.notab.de probat.vbi tandẽ comprobat opi.Alex.hic Idem Ias.dicit consi.126.in fi.lib.4.Et testi non verisimilia dicenti, non adhibetur fides, Abb.in c.quia verisimile de præsumptio.vl.notab.Et in probationib.multũ attendit verisimilitudo,Bal.in l.scripturæ col.2.C.de probat. Natta.

AD

AD CONSILIVM XXVIII.

1 Col.2. versi. Nec obstat si dicat. ibi, Important constitutum re.] Vide in oppositum eius, quod concludit Alexa. hic Feli. in c. cum inter. col.4. de consti. Et in c. ex literis col.2. de fi. instru. & in c. cum P. tabellio de fi. instr. Et vide latè Dec. in l. vt liberis no tab.8. C. de collat. Et sapiens potest apponi facere constitutum, vt per Ias. in l. ex ea parte in prin. ff. de verbo. oblig. & de istis etiã scribit Dec. in l. semper in stipulationibus. notab.2. ff. de regu. iur. Et de cõstituto, & pœna. Idem Dec. consi.449. col.4. Grammati. decisio.103. nu.109. & iuramentum non suppletur Iaso. in d. l. ex ea parte.

2 Col.2. versi. Confirmantur. ibi, Quod de consuetudine sit quod in contractibus opponatur pœna, & de iure certũ est, &c.] Adde quod Bald. idem dicit in l. cum quid col.2. ff. si cer. peta. illa ratione, quia pœna est variabilis. de quo vide ibi. Dec. no.3. & Iason in l. ex ea parte in prin. ff. de verb. obligatio. col.2.

3 Versi. eod. ibi, quia pœna est variabilis.] Vide Dec. in d. l. vt liberis, pro quo facit, quia vbi consuetudo se habet vario modo, illa non attenditur, sed ius commune. Bar. in l. ij. ad fi. ff. sol. matr. & in difformibus nõ cadit certa præsumptio. Bal. consi.24. Subtiliter lib.4.

4 Col.3. versi. Nec obstat. quod no. gl. ibi, Sed ab actuali traditione facti.] Idem tenet Guid. Pap. q.101. circa med. Corn. consi.243. in causa vertente col.2. lib.1. Dec. cons.281. Viso puncto.1. dub. Ruin. consil.94. Diligenter, & maturè col.1. lib.1. Vide Iaso. in d. l. ab emptione col.5. vbi tenet opi. gl. & Bar. cum limitationibus.

5 Col. ead. versi. Et tanto magis. ibi, Præsumptio, quæ est in specie semper tollit aliam, quæ est in genere.] Idem tradit in no. proposito Alex. consi.77. col.2. supra lib.1. Natta.

AD CONSILIVM XXIX.

1 Duplicatum consi.39. supra. lib.1. Natta.

AD CONSILIVM XXX.

1 Duplicatum consi.16. lib.6. Natta.

2 Col.1. versi.1. ibi, Dato quod Antonius decesserit ante factã substitutionem fideicõmissi.] Istud vult Bar. & alij ibi. in l. cum filio col. pen. ff. de leg.1.

3 Col. ead. ver. Et dictum vir. ibi, Nondum euenerat casus substitutionis tempore, quo decessit Anto.] Fideicommissum conditionale non transmittitur in descendentes, Vide Soc. in d. l. hęredes mei. §. cum ita, vbi ponit nõnullas no. declarationes, quas secutus est Rui. quodam eius consi. impresso, quod apud me extat vna cum tribus alijs consilijs in eodem casu per præstantiss. Docto. redditis.

4 Versi. eod. ibi, Glo. & Docto. in l.1. C. de his qui ante aper. tabu.] Est communis opin. vt per Ias. consi.204. col. pe. lib.2. Vide Dec. consi.369.

5 Col. ead. versic. Et si qua difficultas. ibi, Erat tantum ex latere patris coniunctus.] Facit, quia qui legat fratribus suis, primo veniunt fratres vtrinque coniuncti. Pau. de Cast. in l. fi. C. de verb. signi. Et in simili proposito consuluit Iaso. licet non faciat mentionem Alex. hic per d. §. qui discretas. consi.143. lib.4.

6 Col. ead. versic. Tamen in hoc. ibi, quòd non debeat attendi coniunctio sanguinis.] Facit quia in fideicommissis frater præfertur filio fratris, licet secus sit ab intestato, secundum Bal. in l. cum ita. §. in fideicommissis. ff. de leg.2. refert, & sequitur Alex. consi.137. li.1. Dicit Dec. consi.299. col. fi. quòd verba illa testatoris, quòd portio decedentis superuiuentibus applicetur. intelligantur salua gradus prærogatiua. per illud dictum Pau. de Cast. in l. fi. C. de verb. signi. §. relatum. Et vide quod scribit latè idem Dec. consi.95.1. dub. per tex. in d. l. cum pater. §. pen. ff. de leg.2. Et repetit consi.318. col. pe. Et vide etiã quod per d. §. qui discretas, concludit Dec. consil.186. per to. Et de statuto vocante fratrem ad fratris successionem, exclusis sororibus, quòd filijs fratris cõcurrant, Dec. consi.484. dub.2.

7 Versi. eod. ibi, de quib. per Bar. in d. l. Lucius.] Idem tenet Dec. consi.304.1. dub. Natta.

AD CONSILIVM XXXII.

1 Col.2. versic. Videndum. ibi, Ang. consil.200. aliàs 187. incip. A, & B.] Istud consi. Angeli sequitur Ruin. in l. nemo potest. colum.17. ff. de leg.1. referens simpliciter dictum Alexand. hic facit quod in simili scribit Abb. consi.43. Quidam Dominus Antonius lib.1. vbi probat valere promissionem factã secundo marito per quendam, quòd in dote sibi data nõ erit molestatus per filios primi matrimonij. Et cum Alex. hic transit Rui. consi.142. dub. lib.2. vbi intelligit hoc procedere in defectu, qui oritur ob solennitatem omissam, secus in eo, qui insurgit ex defectu potestatis arbitratoris, quia hic, non obstante renunciatione, poterit opponi.

2 Col.3. versic. Idem etiam. ibi, Sed in casu nostro interuenit iuramentum ergo, &c.] No. quòd non potest contraueniri laudo, vbi in compromisso adest iuramentum, nisi petatur absolutio. quod sequitur Rui. consi.14.2. dub. lib.2.

3 Col. fi. versi. In dubio autem. ibi, Licet ergo quò ad dictũ Zannotum.] Contra istum Zannotum facit text. in l. & si res C. de præd. mino. Natta.

AD CONSILIVM XXXIIII.

1 In prin. ibi, Quia non promisit dictus Masinus.] Si inter socios conuenerit, quòd capitale societatis repeti non possit, nisi infra triennium, intelligitur nisi morte vnius sociorum dissoluta sit societas, vt Alex. j. concludit, & sequitur Dec. post Pet. de Ancha. quem adducit consi.213. col.1.

2 Col.2. versic. Ad idem text. ibi, Fideiussor, qui pro debitore mutuum recipiente.] Hinc etiam fideiussor pro certo tempore, facta temporis prorogatione inter partes principales, liberatur, Bald. in l. si cum Hermes. C. loca. Cano. in c. constitutus, de fideiusso.

3 Col. ead. ver. Quibus non obstan. ibi, De mente, quæ, etiam in contractibus plus attendi debet quàm verba.] Ad hoc tex. in l. sed Celsus. §. si fundus, ibi, Id potius, quod actũ est, quàm quod dictum, sequendum est. ff. de contrahen. empt. Iustum est enim voluntates contrahentium magis, quàm verborum conceptionem inspicere. l. fi. C. quæ res pigno. obliga. poss.

4 Col. ead. versic. Secundò præsuppono. ibi, Vt reddatur ratio administrationis.] Quòd socius socio teneatur rationem administrationis reddere, clarè dicit Bal. consi.152. lib.3. quod incipit, Ad euidentiam præmittendum, quòd socius socio &c. per tex. in l. quædam in pri. ff. de eden. Sentit Bar. in l. Mutius. ff. pro soc. Bal. & Sali. in rub. C. eod. tit.

5 Col. ead. versic. Non obstat. ibi, l. continuus. §. cum ita. ff. de ver. obl.] Et ibi vide Alex. vlt. no.

6 Col. ead. versi. Pro hac opinione facit text. in l. liberorum. §. fi. ff. de ann. lega.] Ad idem facit text. in l. mater. ff. ad Treb. & in l.3. C. de instit. & subst. Et quod per illa verba scribit Ioan. And. in addi. Spe. in tit. de secundis nupt. in rub. Et in effectu illa videtur vera conclusio, quòd dispositio in vnum casum collata procedat in simili, vbi disponens cõsiderauit magis effectum, quàm formam. Et in nost. casu consuluit Alexand. consilio 100. lib.4. Natta.

AD CONSILIVM XXXV.

1 Col.1. versic. Secundò. ibi, Nec vasallus compelli potest per dominum ad præstandas sibi collectas, vel angarias.] Istud dictũ Bald. sequitur Alex. consil. in prin. infra eod. lib. Idem etiam tenet latè Iaco. de sancto Georg. in tract. col.8. Ias. in l. placet col.2. C. de sac. san. eccles. & tenet Dec. consil.199. in princ. Grammat. Voto 12. vbi egregiè dicit, quòd domini non possunt exigere seruitia personalia à subditis, nisi ex lapsu 100. annorum. Et quòd, cum sint contra libertatem præsumuntur extorta. Et vide Bal. consi.435. Super eo.2. dub. lib.5. vbi, quòd feudatarius in casu necessitatis potest imponere collectã. Et Alexan. hic sequitur Rui. consil.111. colu.5. lib.5. Et pro publicis necessitatibus non suis, vasallus collectat. Alb. in l. fi. colu.5. C. de iu. om. iudi. Tempore guerræ an imponi possit subditis subsidium charitatiuum, Ias. in l. principalibus. col.2. ver. Quartò limita. ff. si cer. peta. & ad custodiam castri non possunt cogi, sed domini custodire habent suis sumptibus tempore pacis, & belli, Ang. in l. tutris, per illum text. C. de ope. publi. Ias. in l. sumptus in fi. ff. de leg.1. Iac. de S. Georg. in tract. de homagijs col. fi. Item an possit imponi collecta pro fortificando Bal. in l. si in aliquam in fin. ff. de offic. procons. Et de dote latè ponit Tiraquell. in tracta. de primogenitura. q.69.

2 Col. ead. versic. Sed præmissis. ibi, Specula. in tit. de feud. §. quoniam colum. penultim.] Speculator ibi ponit sex casus, qui

qui communiter improbantur, & inter cæteros ille de filia maritanda, quia paternum duntaxat officium est, dotare filias. Et mater, & pater non tenentur dotare. Ideò Alex. hic cautè fundat se super consuetudine. Et de prædictis vide plenè Iaco. de san. Geor. in tracta. feud. super gloss. Qui quidem inuestiti præstiterunt, in antepe. & pen. col. & consuluit Dominus Albertus Brunus. consi. 24. Et, quod non teneatur subditus maritare filiam, tenet Pau. de Ca. consil. 20. lib. 1. de quo per Matth. de Afflict. decisi. 265. col. 9.

3 Col. ead. versi. Circa fin. ibi, interdũ. l. ex mentem punit pœna. 19. lib. auri, vt quando eximeret raptorem.] Vide Ang. Aret. in tract. malefic. in verbo fama publica precedente versi. Secundò quæro. Ias. in §. pœnales insti. de actio. & aliquid per Alex. cõ sil. 13. col. 3. lib. 6. Hippo. in pract. crimi. in §. attingam nu. 39.

4 Col. 2. vers. Aut volumus. ibi, Quòd de facto seruat, quòd potestates, & iudices imponunt pœnas vltra metam taxatam in l. eos. C. de mo. mul. Adde etiam, quòd l. eos non procedit in pœna nominatim imposita secus si simpliciter dictũ fuisset, sub pœna arbitrio, &c. Alex. in l. 1. §. 1. si quis ius dicenti. Natta.

AD CONSILIVM XXXVI.

1 Col. 1. versic. Nam aut volumus. ibi, Allegare simulationẽ.] Quod maximè procedit parito iuramento, vt infra prosequitur Alex. col. 2.

2 Col. 2. versic. Plus vr̃. ibi, Non obtenta absolutione à iuramento.] Imo vr̃. quod habita absolutione à iuramento, possit opponere de simulatione, vt vult Imol. licet loquatur per verbum, forte, in l. nemo potest, vbi Alex. & Ias. tangunt articulum Anto. de Butr. in d. c. 2. nihil debent de absolutione. Et Federi. de Senis consulit absolutionem prius petendam, quem refert Soc. consi. 155. col. fi. lib. 2. & vide de istis Alex. consi. 89. col. fin. ĩ. eod. li. Matth. de Afflict. deci. 60. de prædictis etiam scribit Alex. in l. Seius, & Augerius col. fi. ff. ad l. Falc. Aret. in d. l. nemo potest, tenet, quod etiam habita absolutione à iuramento, non posset excipere de simulatione. Et sequuntur ibi l. 2. Ias. & Ruin. Tamen contrariam opin. quam tenet Imo. Sequitur Cro. & Ripa ibi. Et vbi aliquis admissus sit ad probandum, iuramentum nõ obstat. Soc. consi. 264. col. 6. lib. 2. Et de prædictis Grammati. decisi. 45. Et de præmiss. etiã latè, & subtiliter Rui. consi. 132. lib. 4. & Grammat. decisi. 89.

3 Col. fi. versi. Secus si statutũ induceret ferias. ibi, Quòd comprehendit omnes causas, tam principales, quàm appellationis.] In oppositum facit, quia causa principalis, & appellationis, dicitur diuersa, vt per Alex. infra consil. 98. Vbi etiam tradit, quòd promittens patrocinium in causa: non tenetur in causa appellationis defendere.

4 Col. ead. versi. Nec obstat. id quod. ibi, Inducere derogationem legis contra ius commune.] Istud idem dicit Areti. consil. 102. col. pen. versi. ad sextum. Et Dec. in rub. de consuet. vbi ponit differentiam styli & cõsuetudinis. Et facit quod scribit Abb. cons. 53. lib. 2. quod notarij inducere non possunt consuetudinem, sicut nec mulieres, Et vide Dec. consi. 11. col. 6. & seq. vbi ponit, quòd sit stylus, & consuetudo. Sed in oppositum quod stylus iudicialis deroget iuri communi. Dec. consi. 163. col. 6. Et quod hic dicit Alex. non procedit in stylo præscripto. Crauetta consi. 301. dub. 2. col. 9. vbi de stylo scribit seq. dub. Et stylus nõ seruandus, nisi confirmatus auctoritate superioris. Grammat. consil. 1. nu. 20. posito post decisi. Vide Roc. in rubr. de cõsulta. col. 7. Natta.

AD CONSILIVM XXXVII.

1 Col. 1. versi. Nam vbicunque.] Idem tenet latè Alex. in l. 1. §. sublata. ff. ad Trebel. & Iaso. latè consi. 168. per tot. lib. 2.

2 Col. ead. versi. Nec obst. id. ibi, Vnde quicquid omittitur circa præparatoria præter libellũ, non vitiat processum.] No. quòd ante litem contestatam processus non potest dici nullus: quia in præparatorijs ordo præposterus, vel omissus non annullat, sed semper instaurari potest. quod tenet etiam Dec. consil. 509. colum. 2.

3 Col. 3. versic. Nec obst. in fi. ibi, c. dilecti de exceptio. & ibi notant docto.] Anto. de Butr. hoc ibi dicit 2. notab. Et dicit Bal. in auct. ei, qui, in primis verbis. C. de bon. auth. iudi. possiden. quòd periurus non perdit causam, intelligendo quando conuenitur iuxta dispositionem illius tex. Et vide Anto. de prato vete. inter consi. Alexan. consi. 49. lib. 4. col. 5. vbi hoc de reo periuro non firmat. Dic, quòd d. l. si quis maior procedit etiam in reo, vt ibi vult gl. in verbo consecutus. & Bar. Ex quo dicendũ, quòd in materia, in qua quis contra venit, periurus, etiam excipiendo, non auditur. quod comprobatur ex eo, quod scribit Federi. de Senis consi. 300. Factum tale est, debitor promisit in fin. quem sequitur Alexan. consil. 66. colum. 4. lib. 6. Et ad cap. dilecti, responde, illud ibi permitti ob interesse publicum secundum Abba. & Dec. ibi. Et auditur periurus, vbi non opponitur Crauetta consil. pen. circa fin. lib. 1. Et periurus auditur, & admittitur ad probandum. Bald. in l. iij. C. si minor se maio. dixe. dixi consi. 51. num. 15.

4 Col. 4. versic. Tertiò. ibi, Quando debitores essent magnarum quantitatum, & sunt tuti debitores.] Sequitur Alexan. in d. l. facere posse. Et Dec. in l. nemo dubitat. ff. de regulis iuris.

5 Col. 6. versic. Quinimò esto. ibi, Propter iuramentum videtur quis præcisè obligari.] No. quòd auth. hoc nisi debitor, non procedit vbi adest iuramentum. hoc idem tenet Ias. consi. 9. dub. 3. Limita, nisi eueniret noua calamitas inopinata, adeò quòd nõ posset haberi pecunia ex rebus. quia iuramentum intelligitur rebus sic se habentibus. c. cum inter de renũciatio. Ita limitant Pur pu. & Rip. in l. 2. §. 1. ff. si cert. peta.

6 Col. ead. versic. Vnde licet, &c. promittens factum præstare, liberetur præstando interesse.] Hæc ad literam ponit Alexander in d. l. stipulationes non diuiduntur. colum. 9. & sequitur Aret. nota. in l. si ita quis. §. ead. l. colum. penul. ff. de verbo. obliga.

7 Versi. eod. ibi, Bal. in prælud. feud. in 7. col.] Bald. ibi in 5. col. limitat in hærede per text. in c. veritatis, de iure. sequitur Corn. consi. 236. lib. 4.

8 Col. ead. versi. Confirmo. ibi, c. cum non deceat in gloss. fi. in 6.] Limita duob. notabilibus modis, quos ponit Ias. in l. fin. C. si contra ius vel vti. publ.

9 Col. ead. versic. pro hoc optimè. ibi, Pau. de Ca. consilio 67. mihi. 132. lib. Et idem tradit Soci. consilio 28. colum. fina. lib. primo.

10 Col. pen. vers. Tamen attento. ibi, Si actor in taxando expensas excesserit modum.] Not. quòd iudex taxare potest, quando actor, cuius dicto stari debet, excedit.

11 Col. ead. versic. Ad prædictorum confirmationem. ibi, Nisi expensæ fuerint promissæ.] Idem nota. sequitur Ias. consil. 134. colum. penult. lib. 4. Idem tenet Anto. de Butr. in ca. fin. versic. venio ad tertium, de do. & consue. facit ratio, quia aliàs talis promissio nihil operaretur, intelligendo de solutione expensarum vbi haberet iniustam causam litigandi, quia de iuri communi generaliter debentur expensæ, etiam si subsit iusta causa litigandi. Et facit in simili quod notanter voluit Ang. in l. ædem. C. loca. Natta.

AD CONSILIVM XXXVIII.

1 Col. 2. ver. Ad quod. ibi, Quia mulier ipsa vendit cum consensu viri.] Plures tenent, quòd vbi mulier vendit cum consensu viri valeat alienatio, etiam nullo iuramento interposito, quasi dos videatur vna manu mulieri restituta, & altera tradita emptori. Tamen veritas est in oppositum, vt per Bart. in l. si æstimatis. ff. solu. matrimo. Iaso. consi. 44. lib. 1. Et adde quòd vbi vir & vxor vendunt, seu vnus cum consensu alterius: Ille cuius res est, intelligitur contrahere. tex. not. in l. si liqueat C. de inoff. donatio. Ias. consi. 193. lib. 2.

2 Col. ead. versi. Fortius. ibi, Quòd mulier dimidiam precij perceperit.] Facit quia in simili videmus. quòd si pater & filius confiteantur simul recepisse dotem, intelligitur pro dimidia, per d. §. cum in tabulis, vt per Alex. in l. si cum dotem. §. transgrediantur col. 2. ff. sol. matrimo. Et adde opt. tex. in l. si hæredes nominatim. ff. de lega. 1. ibi, Vt viriles partes debeant: quia enumeratio hunc effectum habet. quem text. habet pro singula. Cuma. in l. turpia. §. fina. ff. de lega. 1. Eodem modo si maritus recipiat emphyteusim pro se, & vxore, acquirit pro dimidia vxori. Dec. consi. 58. col. 2.

3. Col.

3 Col.ea.versi. Tamen quia in hoc nonnulli tenuerunt contra Bar.ibi.] Verior opi. ꝙ precium totum præsumatur ad maritum peruenisse: ideo totam dotem repetit mulier. vt per Matthe. Afflic. decis. 209. quòd no. ne erres. de quo tamen vide Bal. nouel. in tract. do. 7. parte prin. priuileg. j. col. 2. & opi. Bald. in auth. si qua mulier. contra Bar. tenet Alex. consi. 4. col. 5. s. lib. 2. & consi. 172. col. pen. lib. 6. Sed opi. Bar. tenet Pau. de Castr. consi. 360. Bar. in l. quodam consi. lib. j. & opi. Bal. sequitur Are. in §. est & aliud insti. de dona. plures authoritates pro & contra cumulat Tiraq. in tracta. de vtroque retractu. fol. 657. Roland. consi. 64.

4 Col.ea.versi. Nec etiam prætextu. prope fi. ibi, & per consequens in subsidium.] Res empta ex pecunia dotali, non efficitur dotalis, nisi in subsidium in casu isto Alex. non defectu probationis, quod ex pecuniis dotalibus res fuisset comparata. Nat.

AD CONS. XXXIX.

1 Col.1.versic. Quinimo. ibi, Potuit impune negligere culturam fundi.] Vtrum aliquis possit negligere fundi culturam vide Alex. in l. si mora. col. fi. post Bar. & alios ibi. ff. solu. mat. Vbi dicit ꝙ est leuis culpa. Sed ꝙ lata, Socin. in l. Marcellus. §. res, quæ col. 2. ff. ad Treb.

2 Col.ead.versi. De fructibus. ibi, Probabilem ignorantiam.] No. de probabili ignorantia, alias tenetur à die aditæ hæreditatis, vt per Alex. & Ias. in l. si sibi homo. §. cum seruus. ff. de leg. j.

3 Col.2.versic. Præterea. ibi, Mala fides authoris non noceret Michaeli conuento publiciana.] Sequitur Matth. Afflict. decis. 40. col. 4.

4 Col.ea.ver. Quinimo. ibi, Et immediatus author Michaelis.] Vtrum mediatus successor possit præscribere, non obstante mala fide authoris, vide Rui. consi. 45. col. pen. lib. 4. Nat.

AD CONSI. XL.

1 Col.1.ver. Et vbicunque. ibi, expediri per alios de collegio qui sunt habiles.] Ex hoc infertur, quòd condominus potest cognoscere de iniuria alteri condomino illata. Craue. consil. 232. col. pen.

2 Col.fi.ver. Et ponderandum est.] Vide Aret. in l. ex duobus col. 11. ff. de duobus re. Natta.

AD CONSIL. XLII.

1 Versi. pen. ibi, Bar. in consi. inci. Nicolaus Donati.] Est in ordine consi. 171. & ibi, Et consi. inci. quidam Bar. Refelli.] Habeo in ordine consi. 56. Nat.

AD CONSIL. XLIII.

1 Col.2.versi. Tertio non obst. d. l. si pater &c.] No. ꝙ de iure veteri fideicommissum reciprocum excludebat querelam inofficiosi: quia non videbatur omiss. de quo etiam ponit Dec. cons. 456. col. 1. & 2. Nat.

AD CONS. XLIIII.

1 Col.1.ver. Sed ita est. ibi, Generale mandatum cum libera.] Idem late tenet Alex. in l. si procurator. C. de procu.

2 Col.ead. versicu. Nec ad hoc videtur obstare. ibi, Vnde dicit ibi Hostien.] Istud dictum Host. & Io. An. improbat Alexan. in l. si quis in fundi. ff. de leg. 1. quia nomina naturalia non sunt in nostra potestate. Tamen pro eo adducit, ꝙ no. Bald. in l. neque. C. de procurato. vbi qui dicit substituo procuratorem, tantum valet, ac si dixisset, constituo, similiter, si dicatur instituo filium meum in legitima iure restitutionis & debuisset dicere iure institutionis, non vitiatur testamentum. Secundum Bald. in l. si cū ante. C. de dona. ante nup. Et ad ista vide etiam Felin. in c. ad audientiam, il primo, colum. 3. de rescri. Et de isto dicto Hostien. scribit etiam Feli. in c. significante, col. 2. de rescri. Et non debere attendi grossum loquendi morem, Alex. scribit consi. 43. col. 5. lib. 4. & si testator legat paupertatem suam intelligendum ꝙ reliquerit facultates Bald. in rubri. C. de verborum significatio. in fin. Et de prædictis vide Dec. in l. si librarius. col. j. ff. de regu. iur.

3 Col.2.ver. Vnde cum Ioseph. ibi, Institor dicitur ille, qui est præpositus vniuersali negotiationi.] De institore vide Iaso. in l. institorem. ff. si cer. pet. Et debet esse quæstuaria negociatio, & vniuersalis. hæc duo copulatiuè requiruntur. Et de institore latè Pet. de Perus. in tract. duob. fra. q. 4. prin. & per Alex. consil. 7. col. pe. lib. 7.

4 Col.ea.versi. Tertium requisitum. ibi, Aut in eius vtilitatem appareret mutuum conuersum.] Versio in rem æquiparatur mādato, vt Bal. dicit in d. l. cum, qui quem tex. adducit etiam Alex. consi. 139. col. fi. lib. 5. & de contrahente cum alio, vt institore, vtrum aduersus eum agere possit. Pau. de Cast. consi. 20. j. dub. lib. 2. & ex pluribus sociis ille, qui gessit, prius est cōueniendus. Cuma. consi. 8. Pet. de Anch. consi. 332. circa fi. vbi etiam vult, quòd socius non teneatur, nisi de his, quæ habet in corpore societatis.

5 Col.3.ver. Nam ex quo iurauit dicere veritatem. ibi, Si deponit falsum in vno, non creditur sibi in aliquo.] Sequitur Are. cōsi. 71. col. 2. vbi vult credi sibi in aliis articulis, probata causa erroris: & non aliter.

6 Col.ea.versi. Nam si deponeret. ibi, Finito suo officio institoris.] De hoc latè tangit Soci. consi. 154. lib. 2. loquens quando procurator, & institor teneatur proprio nomine plures casus ponendo. Nat.

AD CONSIL. XLV.

1 Col.2.ver. Aliud exemplum. ibi, Per centum annos non tolleretur lex.] Istud non est verum fortasse: vt apparet ex not. per Doct. in l. rem non nouam. Vbi volunt illam legem esse sublatā per desuetudinem.

2 Col.ea.ver. Exemplum ponit. ibi, Nico. de Ma. & Cyn. in d. l. 2. C. quæ sit long. cons.] Vide Ang. de Are. in §. igitur in procē. insti. referentem verba Cyn. Idem tradit Abb. in d. c. cum Ioan. de cleri. coniuga. Calderi. consi. 3. in fi. sub tit. de consue. Et Ab. consi. 57. dub. 2. libr. 2. Et vide omnino Brun. consi. 36. col. 2. Vbi loquitur de consuetudine alienandi feudum, vtrum preiudicet agnatis. Natta.

AD CONSIL. XLVI.

1 Duplicatum consi. 29. lib. 6. Nat.

AD CONSIL. XLVII.

1 Col.2.ver. Nunc circa hoc est videndum.] An requiratur, ꝙ testes sint rogati à testatore: adde Alex. consi. 33. in 3. volu.

2 Col.ea.ver. Nec ob. ibi, Vt quia testes.] Idem tradit Alex. in l. j. §. fi. ff. de ver. obl. & in l. quæ extrinsecus. ff. eo. tit. Ias. in l. 2. col. fi. C. de bon. poss. secundum tab. Felin. in c. licet ex quadam col. 3. de teste. Soci. consi. 229. col. 4. lib. 2. Nat.

AD CONSIL. XLVIII.

1 Col.1.vers. Sed his non obst. ibi, Nec viuenti, nec mortuo.] Feudum communicari non potest. prout Dec. tenet consi. 435. circa fi. Vbi dicit idē in bonis emphyteuticis, ne ecclesia habeat alium conductorem, de quo non cogitauit. Et adducit simile de patrono, qui non potest alium patronum secum assumere: quia agitur de interesse ecclesiæ.

2 Col.ea.ver. Tertio comprobatur. ibi, Dicemus ne, ꝙ fundus ille sit communicatus?] Ex communicatione fructuum non arguitur communicatio rei. quòd sequitur Dec. consil. 435. circa fin. Nat.

AD CONSIL. XLIX.

1 Col.1.ver. Et præsertim. ibi, Circa id, quod non est liquidū, non potest committi mora antequam sit liquidatum.] In debito non liquido sola verbalis obligatio sufficit nec tenetur quis pro parte liquida soluere, pro parte non liquida fideiubere, nisi sit persona pauper, & suspecta. Alex. in l. si mora. col. 2. ff. solu. ma. Nat.

AD CONSIL. L.

1 Col.1.ver. Sed verba dicti statuti. ibi, Appellatione sententiæ intelligitur de diffinitiua.] De quo vide Areti. in l. 5. in princ. ff. de ver. ob.

2 Col.2.ver. Sed ita est. ibi, Quod quidem præceptum non dicitur sententia diffinitiua.] Vide Alex. in col. pe. aliter loquentē.

3 Col.3.ver. Præterea, & fortius. ibi, ꝙ etiam instantia triennalis.] Instantia triennalis habet locum etiam in causis executiuis. Et istam opi. latè amplectitur Rom. consil. 174. incip. Specta. Domine. Collateralis. de quo etiā late ponit Matth. de Affi. decisio. 346. & vide latissimè dominum Geor. Nattam in cle. sæpe. §. fi. de ver. sig. car. pe. arguentem ad partes per plures col. & tenet, ꝙ in summariis habeat locum instantia.

4 Col.pen.vers. Insuper quando præceptum fit à iudice.] Vtrũ præceptum factum à iudice post causæ cognitionem, dicatur sententia diffinitiua, vide Guid. papæ.q.12. Sed ante causæ cognitionem quòd non sit sententia, est tex. in l.2.C.commi. vel epi. Vbi Bald.& Sali. dicunt quòd sententia per epistolam ferri non potest. Vide Feli. in c. quærenti col.pe. de offi. deleg.

5 Col.ea. versic. Ad hoc. ibi, Ant. de But. in c.fi. de confes.] Habes ibi. col.8. versi. nunquid autem possit. Et ibi, Bald. in l. error. C. de iu.& fac. igno.] Bal. ibi col.3. versi. quarto quæritur.

6 Col.ea. ver. Item respondeo. ibi, Tamen fallit.] Istud per plures authoritates comprobat Dec. in c. super eo.4. notab. de appella. Nat.

AD CONSI. LI.

1 Col.2. in prin. ibi, l.2.& ibi. no. Bart. in l. Gallus. §. quid si is. ff. de lib.& post.] Quòd spurio possit substitui cum erit incapax vult Bar. in l.j. col.7. versi. Secundus effectus. ff. de vulga.& pupilla.

2 Col.ea. ver. Et licet in prædictis. ibi, Consuluit Pau. de Cast. consi.22.] Vide etiam Alex. consi. pen. lib.5. Nat.

AD CONSI. LII.

1 Col.2. ver. Et constat ꝙ ille dicitur controuersiam mouere.] Prohibitus molestare intelligitur tam de molestia iuris, quàm facti. Adde eund. Alex. consi.11. circa prin. lib.1. Pet. de Anch. consi.108. incip. Contra fratres, facit decis. Rot. in tit. de resti. spolia. in 18. decis. in no. Et non dicitur hæres molestare vxoré, vbi prouocatus in iudicio se defendit. Pau. de Castr. consi.372. circa fi. incip. Viso puncto suprascripto, & testamento, lib.2.& cum Ale. hic transit Rui. consi.77. lib.2.

2 Col.ea. versi. Et per hoc. ibi, Pau. de Cas. consi.190.] Habes consi.221. lib.2.

3 Col.ea. ver. Pro hoc etiam facit. ibi, Quando oriatur quæstio ex natura eiusdem contractus.] Sequitur Picus in §. Titia. q.54. Alex. in l. quod de bonis. §.j. ff. ad l. Fal. Ias. in l. rationem. col.2. C. de procur.

4 Col.fi. vers. Quo autem. ibi, Quòd vbi in libello petitur res.] Idem tenet Alex. in rub. C. qui admitti. col.j.

5 Versi.fi. ibi, Vbi habetur quòd sufficit in vno, & eodem libello &c.] De hoc etiam tradit Alex. in l. edita. col.j. C. de eden. Nat.

AD CONSI. LIII.

1 Duplicatum consi.146. lib.6.

2 Versi. Attendendum. ibi, Tempore, quo dictus Cremoninus aufugit.] Quòd famulus præsumatur subtraxisse res, quæ sunt amissæ. vide per Ias. in l. admonendi, & ibi. alios in materia. de iureiu. Nat.

AD CONSIL. LIIII.

1 Col.1. versi. Et puto. ibi, Et illi recognitioni, & assertioni factæ in testamento.] Dictum Alex. hic in testatore tenet Crot. in l. nemo potest car.7. vbi limi. de leg.j.

2 Col.2. ver. Et tanto magis prædicta procederent vbi expensæ essent verisimiles.] Vide notabiliter Dec. in l.j. notab.2. C. de eden. vbi vult librum rationum facere fidem pro scribente, accedente iuramento, & si continet verisimilia. vbi quædam alia ponit nota. Et Alex. istud tradit consi. vlt. col.3. lib.7. Gui. pap. notanter. q.441. Rui. consi.54.

3 Versi.fi. prope fi. ibi, l.fi. ff. de exce. rei iudi.] De hoc ponit Bar. in l. si tertius. §. si prius. col. fi. ff. de aqu. plu. arcen. Nat.

AD CONSI. LV.

1 Col.2. versi. Nec etiam videtur. ibi, l. ex his. C. quan. di. lega. ced.] No. tex. quòd vbi tempus certæ ætatis non adiicitur legato, sed præstationi legati, non est legatum conditionale, sed purum, & legatarius decedens transmittit illud ad hæredem soluẽ. die adueniente: & ideo bene dicit Bal. in d. l. ex his, quòd verba apposita executioni legati, differunt, & non suspendunt. Quod confirmatur ex eo, quòd Alex. scribit consi.14. colum.j. versic. Insuper vero, libr.j.& de articulo vide Alex. in l. si cui legetur. §. hoc autem. ff. de leg.j. Et quòd relictum factum in tempus nuptiarum sit conditionale etiam adiectum præstationi. Sali. in d. l. ex his, quam legit cum l. præceden.

2 Col.ea. versi. Et quamuis. ibi, Non est locus inter eas iuri accrescendi.] No. casum quotidianum. Et sequitur Ias. vbi consuluit consi.214.3. dub. lib.2.

3 Col.3. versicu. Tamen istis non obst. ibi, Quòd transmittat ad hæredes legitimam.] Intellige etiam extraneos, vt per Dec. consi.81.j. dub.& consi.320. col.2. Ias. in d. l. scimus, in prin.j. notab. Et hoc etiam dicit Alex. consi.188. in prin. lib.6. Idem et tenet Alex. consi.150. col.2.j. eo.

4 Col.ea. ver. Idem dicit Ioan. ibi, Tantum poterit dicere quòd reiici debet conditio.] Vide Dec. consi.106. in pluribus locis, & maximè ibi. col. fi. Ias. in l. pater. col. antepe. C. de insti.& subst.

5 Col.&. versi. fi. ibi, Dato etiam, ꝙ aliud interesse non sentiret.] Quod fit contra voluntatem dicitur fieri deterius concor. gl. in c. fi. in verbo, Maiores. de consuetu. in 6. Bart. in l.2. col.3. ff. sol. mat. Ideo debitor in vna re, non soluit in alia meliore inuito creditore. Roma. consi.163. incip. Constitutio curiæ. circa prin. Et lucratur qui voluntatem suam implet, gl. fi. in l. cum seruus. ff. de cõdi. ob cau.& ibi Bar. Bal.& Ang. Vbi Ias. dicit, quòd perdit qui contra voluntatem facit, licet lucrum consequatur. Nat.

AD CONSI. LVI.

1 Col.2. ver. Apparet. Ergo ꝙ illa duo adiectiua. ibi, Hæredes proprie sunt, quia à lege vocantur, non qui à testatore.] Sequitur Dec. consi.32. col.2.& consi.309. col.3.& in l. Vnica post Ias. ibi. C. quando non peten. partes peten. accre. Nat.

AD CONS. LVII.

1 Col.2. ver. Secundo. ibi, Scilicet per fideicommissum. l.2. C. de condi.] Vult allegare tex. in l. pen. §. fi. ff. de condi. insti.& insti. de codicil. §. fi. Et de hoc ponit Iaso. in l. vnica. col.2. C. de his, quæ pœnæ no. Et talis priuatio hæreditatis valet in vim fideicommissi, quia semel hæres &c. Crauet. consi.1. dub.2.

2 Col.ea. ver. Et si quis etiam. in fi. ibi, Ei incumbit probatio. qui vult aliquem priuare.] Censetur permissum quòd non est prohibitum. d. l. ab ea parte.& l. nec non. §. quod eis. ff. ex qui. cau. maio. l. mutus. §. cum quæritur. ff. de procurato. l.j. §.j. ff. de teste.

3 Col.3. versic. Nec videtur. ibi, Potuisset iudex sine consensu mulieris permittere.] Adde Abb. in cap. nullus. de iur. patro.& consi.65. lib.2. vbi loquitur in dispositione testatoris, sicut Ale. hic.& in statuto. Idem dicit Pau. de Castr. in l.j. C. vnde vir & vxo. per d. l. si legatario in fin. Aretin. in §. consequens. in fin. de suspe. tuto. Cor. consi.167. colum.2. lib.2.& facit quod dicitur de patre, qui si non vult consentire filio agenti, iudicium valebit. vt per Bal. in l. fi. §. necessitatem.& verbum consenserit, & placuerit important arbitrium boni viri. Alex.& Ias. in l. si sic. ff. de leg.j.

4 Col.ead. versicu. Ex his. ibi, Et testator relinquat vxori certam quantitatem distribuendam pro anima.] Vide ad hoc etiam Socin. in l. quem hæredi.j. notab. ff. de reb. dub. Ias. consil.110. lib.j.& in l. captatorias. colum.2. C. de testam. mili. Vide etiam Alex. consi.54. col.3. lib.7. Ias. in l. non dubium. colum.11. C. de legib.

5 Col.ea. versi. Accedit. ibi, Non possit esse executor testamẽ. vt sunt fratres minores.] Adde, quòd nec etiam fratres minores possunt esse testes in testamento, ex quo non habent testamentifactionem actiuam neque passiuam. §. testes. institu. de testamen. scrib. Dec. in capitulo insuper columna 2. de testi. quod not.

6 Col.ead. versicu. Per prædicta. ibi, Cum consilio, & consensu Guardiani fratrum minorum.] De consensu res est dubitabilis, sed de consilio videtur præceptum valere, ex quo non tenetur illud sequi. Nam licet mulier non sit capax tutelæ: tamen testator mandare potest, vt eius consilio administretur. l. quidam decedens. §.j. ff. de admi. tuto. Bald. in cap. decernimus de iudi.& licet non valeat statutum, quòd mulier non contrahat matrimonium sine consensu patris, valet tamen si statutum requirat consilium. Vt per Dec. vbi multa similia addit in l. fœminæ. ff. de regulis iuris. versicu. Decimo octauo in legibus

vel

vel statutis. Et ratio horum est, quia consilium non tenetur sequi. & ista faciunt ad quæstionem, Vtrum princeps possit deputare consultorem ius dicenti vasallorum, de quo per Cur. Iunio rem consi. 2. vbi dicit, quòd non, quia consilium est requirendum, & sequendum. NATTA.

AD CONSIL. LVIII.

1 Versi. Ad quæ omissis non necessariis.] Vbi instantia restaurat, non possunt recipi testes publicatis aliis super eisdem capitulis, vel contrariis in prima instantia. NATTA.

AD CONSI. LIX.

1 COL. 1. versi. Nam in primis. ibi, In omni causa etiam summaria requiritur legitimatio personarum.] Contra hoc arguit Ias. in l. 2. C. de edic. diui. quia, vbi causa est summaria, omnes causæ articuli debent esse summarij. Bar. in l. solent circa fi. ff. de ali. & ciba. lega. ergo legitimatio personarum non debet plenè probari. Natta.

2 COL. ea. ver. Insuper. in fin. ibi, Quòd filiusfam. minori possit dari curator ad litem.] Vide etiam Bar. in l. fi. §. j. in fi. ff. de verb. ob. & Bal. in l. cum oportet. §. fi. in fin. C. de bon. quæ lib. potest etiam dari curator quando pater obest, vel non vult administrare. Ias. in l. bonorũ. col. 2. C. qui admi. Et quando filius est adultus, vel pupillus. Alex. in l. neque impuberes. ff. de in ius vocan. NATTA.

AD CONS. LX.

1 COL. 1. versic. Et videtur. ibi, Fallit si expresse hoc cautum sit in legitimatione &c.] Quòd requiratur id expresse dici, tenet Ias. consi. 7. lib. 3. latissimè. Et vide Rui. consi. 70. colum. 10. li. j. vbi dicit rationabiliter posse contrarium attentari. Et princeps legitimãs simpliciter ad feuda, non intelligitur ad antiqua, Signor. consi. 218. quidam dicitur Ioannolus. colum. 3. nume. 8. & priuantur agnati, si princeps eorum iuri derogat. vt per Are. consi. penul. colum. fin. Et potestas legitimandi concessa etiam ad feuda, non extenditur ad feuda ab ipso principe cõcessa. Rui. consi. 21. nu. 13. lib. 5. & de consi. Aret. meminit Ias. consi. 127. col. 4. lib. 4.

2 COL. 2. versic. Et propterea. ibi, In feudis propriis imperatoris.] Vide Curt. Iunio. consi. 157. Vbi testatur hanc esse communem opi. licet ipse ibi contrarium teneat. Et de istis vide Rui. cõsi. 36. col. 8. lib. 1. Bossium in tracta. de principe. nu. 185. Et sufficit, quòd princeps se non opponat. Itẽ quando non subesset alia persona quæ excluderet principem, sed ipse princeps vocaretur. Ita Alciat. consi. 171. In quæstione proposita &c. Vbi alia in proposito. Et vide Alex. consi. 2. col. 7. versi. prædicta etiam cõfirmantur. lib. 1. vbi tenet legitimationem ad feuda valere etiam in præiudicium domini inferioris. Et de prædictis vide etiam Paris. consi. 1. col. fi. vol. 2.

3 COL. 3. versi. Hoc præsupposito. ibi, Quòd etiam spuria filia non legitima. &c.] Istud idem tenuit specifice in terminis huius statuti de compromissis Raphael. Fulg. consi. 159. Seius, & Augerius &c. motus, quia tales non sunt appellandi filij, vt ibi late per eum.

4 COL. 6. ver. Secunda ratio. ibi, Non fuit mentio facta, ꝙ possit legitimare.] Istud sequitur Crot. in §. Et quid si tantum. car. 10. NAT.

AD CONS. LXI.

1 Repetitum consi. 61. lib. 6.

2 COL. 4. versi. Et ad prædicta sit concluden. ibi, Quando causa agitur coram vicariis castrorum.] Istud idem dicit Soci. per easdem authoritates consi. 56. colũ. 2. libr. 4. Et idem amplectitur Ias. in l. j. col. 2. ff. de offi. assesso. Adde quòd vbi causa est vilium personarum, prout agricultorum, proceditur sine scriptis, & si causæ non sint viles. gl. in §. si tibi in auth. de manda. princ. Et est de mente. glo. & doct. in d. auth. nisi breuiores. Et clarè Abb. in c. j. col. pen. de libelli. obla. Idem si sit de vilibus rebus, vt de feno, & palea, vt per gl. in d. §. si tibi. NAT.

AD CONSIL. LXII.

1 COL. 1. versicu. Et dato. prope fi. ibi, Statutum disponens, ꝙ instrumentum guarentigiæ.] Sequitur Alexan. in l. postulante col. penul. ff. ad Treb. vbi vult, quòd statutum, permittẽs capturam contra debitorem, non procedat in hærede conficiente inuentarium.

2 COL. 2. versicu. Præsupposita. ibi, Statutum arctans partes ad compromittendum, non habet locum quando quæstio vertitur super articulo iuris.] Sequitur Ias. in l. si quis in cõscribenda, col. pen. C. de pact. quoniam ius semper est certum.

3 COL. ead. ver. Fortificantur. ibi, Non debet fieri compromissum si clarum & apertum est ius.] Sequitur Deci. consi. 461. in fin. Natta.

AD CONSILIVM LXIII.

†.2 Ponamus quod aliquis emit.] De hac ipsa quæstione vide Ias.in l.More.columna 5.ff.de iur.om.iudic.& Ange.in l. si possessor.in verbo, reductæ.ff.de pet.hæred.scriptum reliquit, quòd si iudex ex dispositione iuris municipalis, quod statutarium nostri appellant, debet habere certam partem condemnationum, & exactionum: & Iudex vnus condemnationem inflixit, alter vero, nempe successor, exequutus est, condemnationis emolumentum debetur primo, qui condemnauit, quia ratio habetur initij.l.tertia.§.scio ff.de minor. Refert ad propositum nescio quid non absimile Decius consi.654. in fin.

†.3 Certe non incidit.] Sapientis est mutare propositum hoc dictum Bartol. adducit ad elidendam simulationem pulchrè Matth. Afflict. Decisione 72.& dictum hoc Bartol. allegatum tenet etiam Alex.consil.1.colum.penul.supra eod.lib. Natta.

AD CONSILIVM VIII.

†.1 Visis subtilissimis.] Consilium hoc ferè in omnibus est repetitum infra libro quarto consilio octuagesimonono. Natta.

†.2 Alterat illud genus.] Ex adiũctione aliquorum verborum, verba naturam suam mutare, probè ponit Matthe. Afflict. Decisione 307.columna 7.quo loco etiam affert textum in citata.l. Sed si adijciatur.quæ res est obseruatione digna ad interpretationes faciendas. Et idem etiam allegat Oldradus consilio ducentesimo nonagesimoseptimo Domina Stella. columna 2.in 5.argu. Albericus Rosat. ad l. primam, col. antepen.ff.de offic.Procur.Cæsaris.

†.3 Quòd non computantur.] De feudo, & emphyteosi vtrum computentur in legitimam, consule Iaso.ad l. Quoniam nouella.circa finem.C. de inofficioso testamento.

†.4 Soluendo canonem intra biennium.] Hanc opinionem calculo suo approbat idem Alexan.consilio 119.in fin.libro quinto,& consilio sequenti columna prima, lege Ias.ad l.2.C. de iure emphy.numero 230.& Ruinum consilio 168.libro primo. Natta.

†.5 Quia dispositio testatoris.] Sequitur Ias. pluribus innixus auctoritatibus consilio 221.columna penultim.libro secundo. Decius consilio 346.primo dub. Fabia. in Authen. nouissima. quæstio.nona, columna antepenult.versicul.Vlterius quæritur. Natta.

†.6 Et ibi declarant Doct.] Res in tutore est clara per d.§.Fundum.sed quid dicendum est in Prælato? an repudiet sine debitis solennitatibus,& consensu Capituli? vide Alexan. & Socin. latè ad l.legatum.la 1.ff.de leg.1. Natta.

AD CONSILIVM IX.

†.1 Debita pro feudo.] Sequitur Dec. consilio centesimo quadragesimosexto columna 2. idem dicit in contractu censuali. Natta.

†.2 Conceditur vni ecclesiæ.] Feudum non conceditur vni communitati. Ruin.consilio 23.columna 15.libro quinto, post Alexand.hic.

†.3 Per Prælatum concedi potentiori.] Feudi alienatio in potentiorem fieri nequit, ex sententia Alexand.hic.cui se asseclam præbet Iason ad l.Si ita quis.§.ea lege.columna tertia.ff. de verbo.oblig. pro qua re vide Bald. ad capit. primum. de alien. feudi. Natta.

AD CONSILIVM X.

†.1 Quia tunc incumbit.] Sequitur Francis. Curt.consil.49.nu. 1.& quod dicatur feudum vetus, vel nouum,& quis probet, cõsule Bal.consi.263.Tres sententiæ.lib.2.

†.2 Factum tale est.] Hoc ipsum Oldradi consilium, suppresso auctoris nomine, refert Albericus Rosat. in suo lexico, seu Dictionario in verbo, Nouum.vbi etiam subdit, ita fuisse iudicatum. Tamen * communis Doctorum sententia pugnat ex diametro, vt per Decium consilio 194.columna secunda,& late etiam ponit Curt.in suo tractatu feuda.1.par.8.princip.quæstio. Vide Ias. vbi stat ab Oldrado consilio 152.2.libro. Hanc eandem quæstionem pulchre mouet Ioannes Crot. ad l. Re coniuncti. car. fin. ff. de lega.3. Vide Ias. not. consilio 180. libro secundo, & late consilio primo per totum, libro tertio & consilio centesimo trigesimosexto vbi plenè. libro quarto.& hanc esse veritatem attestatur Decius consilio centesimo nonagesimoquarto, columna secunda. lege eundem Decium nonnihil hac de re scribentem consilio quinquagesimotertio columna secunda, & consilio centesimo octuagesimo quinto colum.5.& eundem articulum etiam tangit Crotus ad l. si is, qui pro emptore. car.7.ff. de vsucap. & Alexandrum hic sequitur Ruin. consilio quinto libro primo, per totum Ias. in prælud. Feudorum columna 33.& idem Ruin. consilio 14.columna 4.libro primo.& Paul. Castrensis adductus hic per Alexand. loquitur in Prælato, idemque Paul. distinguit inter prælatum, & laicum, consil. ducentesimo octuagesimotertio. De vtroque quæsita lib.2.

†.3 Rem

†.3 Rem etiam non solitam.] Sequitur Soci.consil.4.col.6.lib.3.sed quòd idem sit in Prelato, tenet Curt.in loco, de quo suprà, quia vbi Prælatus habet præsumptionem pro se, eius confessio præiudicat ecclesiæ, Abbas in c.si diligēti. 3.no.de præscrip. sed in dubio feudum præsumitur esse antiquum, non nouum.capit. 1.§.primo.ibi, Onus probandi incumbit ei, qui nouum dicit.& ibi Bald.de gradi.suc.in feu.

†.4 Prædictis agnatis.] Quòd applicetur agnatis, tenet secundū Communem Doctorum sententiam Roland.à Valle.consi.64. nu.9.& nu.27.li.2.

†.5 Nisi sint hæredes.] Per ista consuluisse se dicit Fran. Cur. in suo tractatu Feudali in prima par. 8. q. principali. super nescio quo testatore, qui descendentes ex fœmina reliquerat hæredes, habens feudum hæreditarium, quòd tale feudum fuit domino applicatum, quia hæredes instituti erant incapaces feudi. quia descendentes ex fœmina, & agnati, ad quos feudum spectare poterat, non fuerant hæredes instituti. Et quòd feudum dicatur hæreditarium, late scribit Alexand.consi.19.li.5. Et quòd debeant esse hæredes tenet Ias.consil.180.colum.5.lib.2.& consil.17. colum.3.eod.lib.Dec.consil.208.colum.3.& 4.in dub.2. Præterea scriptum idem Dec.reliquit consil.390.colum.3. quòd si pater ex pluribus filijs vnum instituit, & alijs fecit legata particularia, institutus in feudo hæreditario tantum modò succedet. & tenet idem eo consil.quoque 385. Istud idem tenet Socin. late inter consil. Brun. consil. 80. colum. 4. de qua re etiam abunde Ruin.consil.1.colum.1.lib.1.& consi.2.circa fin.lib.4.vbi dicit nihil interesse fecerit, vel non fecerit Inuentarium. & fusius consilio 25.colum.4.& sequen.lib.2. vide etiam consil.17.columna 1.libro 1.& ibi columna.fin.dicit, feudum esse hæreditarium quantum spectat ad descendentes, non quantum ad agnatos. Natta.

†.6 Et moderni.] Istud ibi dicit Iacobus Aluarot.colum.3.versi. Quæro, quid si isti agnati.post Andr. Isern. Decius in citato consi.209.in fine dicit, quòd agnatus debet esse hæres, si sibi hæreditas sit delata. Contraria sententia arridet Bru.consil.40.versi. Quarto facit. Nicolaus Liprandus, & Card. Simoneta in Consilijs status Montisferrati: vbi dicunt non esse in consideratione, an possint descendentes esse hæredes, vel non: quia si non admittuntur hæredes particulares, vt inquit Parisius consil.23. numer.193.vol.1. tanto minus debent admitti, qui nullo modo sunt hæredes. Natta.

AD CONSILIVM XIII.

†.1 Circa primum dubium.] Super hoc eodemmet casu consuluit Soci.prosequens dubitationes, quæ hic tanguntur per Alex. consi.92.lib.1.

†.2. Magis standum est nigro.] Immo quando nigrum disponit, rubrica non videtur attendenda, etiam si habeat orationem perfectam, vt est à Fran. Aret. scriptum ad Rubricam.ff.de ver.obl. Natta.

†.3 Perceptum ex pecunia.] Adde quòd idem est vbi traficasset commune traficum (veniam Barbari sermonis, qui Iureconsultis nostris familiaris est, peto ab elegantiori lectore) quia lucrū est communicandum, ex quo sumus in iure vniuersali, secus si semper accepisset pecuniam communem, vt tradit Dec. consil. 255. Natta.

AD CONSILIVM XIIII.

†.1 Exculpauit aliquem.] Sequitur Aret. ad c.tertio loco.de Probat.& ibi Dec.in fi.

†.2 Talis testis sit integer.] Istud idem vult Bald. in l. milites. C. de quæst. & Angel. in l. De tormentis. colum. fin.C. eodem.& Bartol.in l.fin.ff.de quæstio. dum dicit, quòd vnus bonus testis de visu, facit indicium ad torturam. quas auctoritates refert, & sequitur And.Sicul. consi.47.colum.8.lib.1. Et istud est generaliter, quòd vbi irregularis probatio admittitur, testes debent esse omni exceptione maiores, vt Dec. ostendit consi.37.colum.4. Natta.

†.3 Si moriens dixit.] Sequitur Paul. Castren.consilio 299. Visa inquisitione suprascripta, & etiam testibus. Marcus Antonius Natta.

AD CONSILIVM XV.

†.1 Sentio partes prætoris.] De hac facti specie, & quæstione vide Ias.in l.1.§.si vir.ff.de acqui.pos.

†.2 Quantum est valor causæ.] Istud improbat Ias. in auct. Præterea.colum.penult.C.vnde vir, & vxor.& in l.si constante.col. 26.ff.sol.mat.& de teste paupere notat Decius consil.163.col. 4. Natta.

†.3 Quia hoc solo priuatur.] Adde Ange.in l.1.C.de rapt.virg. vbi per glossam ibi in verbo, Non potest. vbi inquit, quòd Deus hac potentia priuatur, vt non possit facere infecta, quæ facta sunt. Adde textum in l. Verum. ff. de reg. iur. & ibi Decius scribit. Vide Ias.in l.1.§.si vir.ff.de acquir.poss.in prin.M.Antonius Natta.

AD CONSILIVM XVI.

†.1 Factus contra iuram.] Tenet idem Ias. in l. Duobus.§. fin.ff. de iureiur.& in l.si quis.§.ea lege.colum.6.ff. de ver.obl.& Ias. Dec.in l.Pacta nouissima.C.de pact.

†.2 Et non obst.] Istud, quod dicit gloss. in d.c.licet. vult Spec.in tit.de empt.& vend.§.tertio loco.versic.quid ergo.in fin. & has responsiones ad istam gloss. sequitur Dec. in l. pacta nouissima. C.de pac.

†.3 Quòd aut mulier.] Idem dicit Bal.in c.Veniens.in fi.de iureiur. Aret. in d.§. ea lege. Fely. post Rotam in c. ex parte Decani. colum.6.de Resc.Dec.consil.536.colum.penult.Ias.in l.si non sortem.§.si centum. colum. penult. ff. de condit. indebit. Vide D.Georgium in capit. Quamuis de pactis colu.5. declarantem. Natta.

†.4 Iustus metus.] Vide Deciū in l. In omnibus causis. ff. de reg. iur.& consi.219.

†.5 Statur protestationi.] Vide de clandestina protestatione Iasonem consi.177.col.pen.lib.2.Dec.consi.219.col.2. Afflictū. decis.28.col.4.& Dec.in l.In omnibus causis.q.3.ff.de reg.iur. Soc.consi.263.col.4.lib.2.

†.6 Quia se allegabat.] Istud ponderat Dec. in l. Pacta nouissima. C. de pactis. quòd nunquam prodest protestatio clandestina contra tertium. Fel. in c. cum M. columna 25. de constitut. Natta.

AD CONSILIVM XVII.

†.1 Eum esse hæredem prædictum.] Quòd contrahens cum aliquo tanquam cum hærede, videatur affirmare illum esse hæredem, est optimus textus in l. si proponis. §. si hæreditatem. ff. de inoff. test. vbi Bald. & Ange. not. Plura adfert iura Dec. consil. 389.col.fi.

†.2 Cap. intelleximus in fine.] Consule Fel. in c. Dilecti col.1.de excep.& eundem in d.c. Intelleximus Bal.no.consil.118. circa finem, Præmittendum est, quòd promissiones.li.4. ponit etiam Alex.in l.si quis maior. circa fin. & ibi etiam Iason.C. de transactio. Et exceptio periurij, est exceptio litis finitæ, Ias.in l. Ait Prętor.la 2.no.4.ff.de iureiur.

†.3 Specul.in titul.de instru.] Quòd clausula codicillaris operetur, decedente hærede in vita testatoris, tenet contra Spec. Decius consi.242. Natta.

AD CONSILIVM XVIII.

†.1 De quibus in confessione.] Confessionem patris valere ex coniecturis, respondit Iason consi.184.dub.2.in lib.2.allegans consilium Angeli, nullam de hoc Alexandri consilio faciens mentionem. Sequitur Decius consil.96.colu.2. Et decisionem Saliceti sequitur Marianus Socin.inter consilia Bartholomæi filij consil.65.col.4.versi. Vigesimo probatur lib.1. Facit ad rem quod est à Ruino literis proditum consi.142. Casus de quo quęritur col.2.lib.1.& Dec.in l.1.in secunda lectu.no.12.ff.si cert. petat.post Andr.Sicu. Natta.

AD CONSILIVM XIX.

†.1 Superuenisse post compromissum.] Debet causa superuenire, vt testatur etiam Pau.Cast.in l.Etiam.§.1.in fin.ff.solu.mat. Natta.

†.2 Et deterioratione conditionis.] Sequitur Ias.in l.si ab arbitrio.col.pen.ff.qui satisd.cog.

†.3 De suspectis, & fugitiuis.] Pau.Cast.consuluit, si de deteriori conditione non fuerit expressum in captura, tamen capturam non esse nullam, si hoc in continenti probetur. qua de re legere ne pigeat Caccialu.in tractatu, De debitore suspecto, & fugitiuo.quæst.6.vbi etiam censuit, capturam factam pro debito partim vero, & partim falso, in totum vitiari. Et circa dictum Imo.vide Dec.consil.75.& Rom.consil.241.Spectabiles domini.vbi tenet, capturam ex post, non posse iustificari. sequitur Ripa consi.13.sub tit.de legibus, & consi.Pau.Cast.est vltimum, pro pleniori examine.li.1.vide Ias.in d.l.si ab arbitro.col.pen. Et quòd suspicio ex post facto possit iustificari, tradit Bald.consil.285. Quia non est opus.colu.2.post medium, lib.1.& vide hac de re optimum responsum Curtij consi.157.

AD CONSILIVM XX.

†.1 Ponderatis his.] Vide per eundem Alexand.infra consi.217.libro 6.

†.2 Sola præsentia.] Adde Ias.in l.Cum proponas.in penult.colum.C.de pac.Si tamen fuisset expressus consensus, legatum valeret, est tex.no.in l.sicut.§.venditionis.ff.quibus mo.pign.vel hypot.solu.qua de re consule Iasonem in l.Cum alienam.C.de lega. Natta.

AD CONSILIVM XXI.

†.1 Bar.in l.Aquilius Regulus.]In l.Modestinus.in fine.

†.2 Ob causam de futuro.] Rectè Alexand.hic dicit, ob causam de futuro onerosam, nam alia causa extrinseca, quæ non minueret liberalitatem, non impediret, quo minus donatio esset simplex: vt si donatio fiat sub conditione ideò requireretur insinuatio, vt declarat Dec.in l.Diuus Pius.ff.de reg.iur. Hac de re etiam scribit Ias.in l.Inter eos.7.not.ff.de re iudic. Et facit, quia donatio, quam facit pater filio in præmium emancipationis, non dicitur donatio ob causam, Alexand.consilio 113.in fin.infra eodem lib. Et de prædictis legas Ripam in l.Si vnquam.numero 27.C.de reuoc.donat.& ibi Tiraqu.numero 14.& Crauet.consi.85.num.1.& consi.114.num.17.& consi.136.numero 2. Natta.

AD CONSILIVM XXIIII.

†.1 Incumbit onus probandi.] Istud etiam not.ostendit Dec.consilio 471.circa principium.vbi etiam dicit, agnationem non consistere in illegitimis.Idem dicit Alberi.Rosat.in l.si vicinus.C.de nupt.Dec.in l.si emancipati.vlt.not.C.de collat.Socin.consil.39.columna 1.lib.1.Idem dicit Ant.à Butrio in c.Transmissa.2.opp.qui fil.sint legi.Idem dicit Rui.consil.52.colum.3.lib.5.& Alberic.Rosat.qui optimè declarat, in l.si vicinis.C.de nupt.

†.2 Aliter enim cogi.] Non potest quidem cogi nisi agnouerit. Sed si est morosus in agnoscendo, vel repudiat, secundus fideicommissarius petit restitutionem ab hærede, vt in d.§.qui fideicommissariam.& l.Cogi.§.si ego.ff.ad Trebel.immò vtiles hodie transeunt ipso iure in secundum fideicommissarium.l.sancimus.§.1.C.eod.Demum, eo non acceptante, cogitur hæres soluere secundo, quia apud eum remanet fideicommissum cũ onere restitutionis.l.si ab eo.ff.de vsufr.leg.& ponunt Doc.in l.fideicommissum.ff.de leg.1.Et quòd etiam si primum fideicommissum deficiat, remaneat apud hæredem, ita quòd debeatur secundo fideicommissario, existimat Bart.in l.Quamdiu.l'ultima.ff.de acquir.hær.versic.quæro iuxta prædicta.per textum in l.Vni.§.pro secundo.C.de cadu.tol. Marcus Antonius Natta.

AD CONSILIVM XXV.

†.1 Testamento condito.] Vide per eundem Alex.infra libro 7.consi.156. Natta.

AD CONSILIVM XXVI.

†.1 Tempore quo euenit.] Sequitur Ias.consil.159.columna fi.lib.4.Dec.consil.299.colu.pen.Vide eundem Dec.consil.95.dub.2.col.5.vbi hoc dicit per no.per Alex.consi.184.col.1.facit quod Alex.scriptum reliquit consil.37.circa fin.lib.6.Vide eundem Alexand.consil.13.col.2.lib.4.& quæ ibi addidi.vide etiam Rui.consi.112.col.2.& 6.colum.lib.20.& sequitur Soci.consi.158.col.pen.lib.2.& cum Alex.hic tenet Dec.in Rub.in prin.C.de succes.edic.& consi.498.col.4.& consi.468.col.penul. Natta.

AD CONSILIVM XXVII.

†.1 Quod ex vtraque.] Facit, quia quis potest inniti pluribus priuilegijs, & pluries legitimari quis potest, & ex validiori legitimatione obtinere, Dec.consil.152.col.1.& vide hac de re Ias.in l.Qui bis idem.ff.de verbo.oblig. Natta.

AD CONSILIVM XXVIII.

†.1 Per id, quod consuluit.] Ita respondit Alexand.supra libro 2.consilio 83.dub.2.princip.colum.4.lege Ias.in l.stipulatio hoc modo concepta colum.antepenul.de verbo.obliga.Curt.iun.consilio 15.vbi distinguit, & Dec.consilio 225.& eundem Dec.in l.Pactum, quod dotali colum.2.C.de collat.Ias.consil.211.lib.2.& consilio 17.columna 3.eodem lib.& consil.60.eod.lib.& consi.233.colum.5.eod.libro & consil.5.in dub.1.libro 3.& consi.173.columna 5.lib.4.Vide de prædictis etiam Dec.consil.236.dub.9.& quomodo hoc Oldradi dictum procedat, vide Dec.consilio 203.columna 1.De hoc etiam tangit Crauet.consilio 19.Ruin.consilio 112.libro quarto M.Antonius Natta.

†.2 Non potest dari successio.] Dic fieri impropriationem: Dono hæreditatem, id est, bona. Bartol.in d.l.Quæsitum.§.si seruus.ff.de leg.1.Roma.in d.l.Tam is.§.1.ff.de don.causa mor.Socin.consilio 125.in fin.libro 3.de qua re nihilominus lege Ias.qui latè scribit, in l.licet inter priuatos.columna penultim.C.de pact. Et quòd hæreditatis successio in totum, nec in parte dari potest, tradit Dec.consi.300.colum.2.& consilio 184.vbi ponit an valeat pactum, de non plus dando filijs masculis, quam fœminis.& tenet idem consilio 63.in fin. Et an idem sint hæreditas, & bona, ponit nonnihil Dec.idem consilio 425.columna penultim. Et quòd hæreditas non possit ex conuentione dari, scribit Dec.consilio 488.dub.vltimo, quo loco adfert bonum consiliũ Bartoli.& repetit consilio 494.& vide eundem consilio 516.colum.1.vbi existimat, regulam procedere in vniuersali, non in particularibus bonis. Vide etiam consi.578.col.3.vbi vult subsistere, & valere de iure, pactum, quòd primogenitus succedat in certis bonis.& consilio 613.columna secunda, vbi vult, hæreditatem nec in parte, nec in quota dari posse. Vide eundem Decium consilio 655.colum.2.vbi censet valere, quoties fit per viam contractus, & fuit facta reseruatio testam.causa.Curt.iunior ponit consilio 81.Adeas Ruinum consilio.16.lib.3.præsertim col.5.vbi sequitur Alex.hic & cum Alexãdro tenet etiam Decius.in l.Pactum, quod dotali.columna 2.C.de collat. Natta.

†.3 Agatur in actione.] Alia adducitur ratio, quia non potest quis sibi auferre libertatem testandi, nec legem sibi statuere, à qua discedere non liceat.l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de verbo.obliga.l.Cum duobus.§.idem respondit.ff.pro socio.ideò hæreditas pacto dari non potest, quia pacta sunt irreuocabilia.l.sunt.C.de action.& obligation. Hanc rationem sensit Romanus consilio 293.Præsupposito.in dub.1.Marcus Antonius Natta.

†.4 Licet

†.4 Licet Bald.] Contra Bald. tenet etiam D. Georg. in d. cap. Quamuis. car. quinta. Natta.

AD CONSILIVM XXIX.

†.1 In ea Decisione.] Habetur in nouissimis sub titulo, De Pac. Decisione. 3. Incipit, Vtrum filia dotata.

†.2 Dominos de Rotā.] Contra Rota tenet etiam Franc. Aret. consilio 17. primo dubio. incipit, Consideratis. & Alexan. consilio 149. col. 2. lib. 7. vbi ponit quædam in materia d. c. quamuis. Natta.

†.3 Contemplatione posthumorum.] Renunciatio facta respectu masculorum, illis cessantibus, non habet locum, Dec. consil. 309. col. 3.

†.4 Non habet locum.] Sequitur Decius alia adducens consilio 181. in fine. Istud autem sibi locum non vendicaret in renunciatione, quæ fieret fratri, Ruin. consilio 60. columna 5. libro 3. Natta.

AD CONSILIVM XXXI.

†.1 Filia, quæ ex ea.] Alexand. existimat, substitutionem factam decedenti sine liberis, non intelligi factam liberis positis in conditione: & ita late consuluit Dec. consil. 218. col. 2. cum seq. & consi. 205. col. penul. & consi. 291. col. 2. & seq. & consil. 287. col. 1. & sequitur idem Dec. consi. 63. col. 2. Natta.

AD CONSILIVM XXXII.

†.1 Immiscuerunt in hæred.] Idem tenet Alexand. consilio 126. col. 2. lib. 7.

†.2 In dubio videatur.] Aliquid hac de re scribit Alexand. consi. 20. colum. penul. lib. 7. Et per solutionem legatorum, & venditionem rei hæreditariæ inducitur aditio, Soc. consilio 295. 1. dub. lib. 2. quo loco existimat, aditionem, quæ non habet actum momentaneum, sed successiuum, probari posse per testes singulares instar iurisdictionis, & aliorum in genere: quæ res adnotanda est. De actibus aditionem indicantibus tradit Ias. consilio 112. colum. 2. lib. 4. vbi inter cætera ponit de inhabitatione domus hæreditariæ, ac de constitutione procuratorum ad gerendum negocia hæreditaria, & de creditorum exactione. Prædictis & hoc addideris, quòd expresse quoque repudians hæreditatem, si mox reperiatur possidere rem hæreditariam absque titulo, conuenitur nihilominus vt hæres propter fraudem: vt est ab Alexandro scriptum consilio 185. colum. 2. libro 6. Accedat etiam prædictis, quòd offerens se soluturum debitum hæreditarium, videtur adire: atque idem dicitur de suscipiente iudicium contra legatarium, Dec. consilio 449. columna 2. & filius habitando domum patris, præsumitur hæres, Dec. consilio 491. Natta.

AD CONSILIVM XXXIII.

†.1 Et sic videtur.] Vide Soc. consi. 92. col. 8. lib. 3. Natta.

AD CONSILIVM XXXIIII.

†.1 Quando processus.] Videas La. in c. At si clerici. extra de Iudic. vbi per Dec.

†.2 Vt in indiuiduo notat.] Imo, ibi dicit sustineri libellum, in quo quis petit cogi aliquem ad soluendum, licet non petat prius condemnari per sententiam. & hoc virtute illius clausulæ, Peto ius, & iustitiam, &c. Ego verò idem iuris esse censuerim etiā absque ea clausula, si quidem qui petit consequens, videtur necessario petere antecedēs: & in terminis videas plures decisiones Alexandri in comment. ad Rub. C. qui admitti.

†.3 Quòd si vnus testis.] Sequitur Aret. consi. 13. col. 7. versi. prę terea quando.

†.4 Per vnum solum testem.] Optimè ad rem facit quod est eleganter literis traditum à Francisco Aret. in egregio illo suo consilio 142. cuius initium est, Ex facto proponitur. colum. penult. scilicet tolerabilius esse, habere cōsilium vnius Iurisperiti, quàm multorum peritorum inter se dissidentium, si quidem priore casu habetur saltem consilium vnius, posteriore verò consilium nullius propter iudiciorum dissidentiam, quæ inuicem se elidunt. Natta.

AD CONSILIVM XXXVI.

†.1 Viso themate.] Eadē de re idem Alex. consil. 49. li. 6. Natta.

AD CONSILIVM XXXVII.

†.1 Satis ruraliter.] In hoc casu Alex. ostendit non dari Stephano repetitionem pecuniæ solutæ D. Philippæ, contra Claudiū eiusdem Philippæ hæredem, nisi in duabus quantitatibus. Et paulo pòst, Non dicitur legitima administr.] Ex eo quod sit mater non dicitur legitima administratrix bonorum filiæ, vt Bald. not. ad l. alienam. C. de procur.

†.2 Apposita clausula.] Instrumentum, in quo Margarita vt tutrix Stephani interuenit: & ostenditur hic pretium solutum fuisse per eam Philippæ animo dissoluendi obligationē, vigore promissionis, de qua hic fit mentio. Natta.

AD CONSILIVM XXXVIII.

†.1 Petitione Antonij.] Vide per eundem Alexan. consi. 137. libro 6. Natta.

AD CONSILIVM XXXIX.

†.1 Id quod not.] Vide Dec. ad c. 2. numero 14. de constit. M. Antonius Natta.

AD CONSILIVM XL.

†.1 Loco instantiæ.] Vide Ias. vbi adducit alias auctoritates consi. 16. col. pen. lib. 3.

†.2 L. Si cum ipse.] Adnota hanc legem, quòd donec disputatur super aliquo, terminus præfixus non currit: qua de re latè scribit Ias. consil. 35. dub. 2. lib. 1. & ad l. Properandum in prin. col. 1. C. de iudic.

†.3 Non currat terminus.] Vide Fel. not. ad c. R. ratione. col. 2. de appel. vbi istud dicit de succumbente, vt terminus ei currat. & vide eundem Alex. consi. 72. in prin. infra eod. lib. & eundem ad l. properandum. §. sin autem alterutra. C. de iudic. Adeas præterea Decium consi. 356. col. 2. & sic dicit Pau. Cast. consi. 135. In causa desertionis. col. pen. versi. Illud etiam. videtur esse clarum, quòd postquàm incœpit disceptari causa desertionis, non potest amplius deseri, si per prius non erat appellatio deserta, per d. l. si cum ipse. ita ibi ipse li. 2. consi. 135. secundū meam impressionē, atque ibidem paulo ante dicit, non currere tempus, si notarius fuit negligens in ordinatione actorum. quod nota. Vide etiam Alex. consi. 68. lib. 7. vbi censet, terminum currere, vbi pars temerariè litigat, per dictum Bal. ad l. contra maiores. C. de inoffi. test. & repetit consi. seq. col. fin. eod. lib. 7. idem Alex. Natta.

AD CONSILIVM XLIIII.

†.1 Cadit ipso iure.] Sequitur Ias. eisdem innixus auctoritatibus consi. 138. col. 1. lib. 1.

†.2 Conducere domos.] Traditum est à Ioan. Bapt. S. Seuerinate, quando aliquis tanquam amicus, vel ex consensu expresso domini, vel tacito habitasset domum non consuetam locari, tunc non teneri. & dicit recurrendum esse ad coniecturas, de quibus in l. cum quid. ff. si certum petatur. Natta.

AD CONSILIVM XLV.

†.1 Possessione obtineret.] Limitatio in materia capituli Reintegranda. Et nota, quòd interdicto Retinēdę data antiquiore possessione, habens iuniorem cum titulo, non obtinet. Pau. Cast. consi. 443. dub. 2. lib. 2.

AD CONSILIVM XLVII.

†.1 Communiter in l. fideius.] Idem tenet Alexand. in d.l. si domus. §. fi. col. 2. versi. 5. fallit. vbi quando legatur res, in qua testator habet hypothecam, potest legatarius incumbere rei hypothecatæ donec sibi satisfiat. sed hac de re, vtrum hypothecaria possit subsistere, & cedi sine principali, Nagusan. in tracta. De Pig. par. 3. membro. 1. nu. 28. Tiraqu. gl. 26. nu. 71. fo. 164. in suo tractatu, De Retrac.

†.2 Donans de euictione.] Vide Ias. in l. Iulianus. §. 1. ff. de verbo. obliga. & consi. 34. in fi. li. 1. Natta.

AD CONSILIVM LVIII.

†.1 De iure commu.] Idem tenet Socin. consilio 57. quæst. 3. libro 4. allegans Bal. ad d. l. qui filium. & ad l. Nesennius. de neg. gest. Natta.

AD CONSILIVM L.

†.1 Non dicitur.] Vide latè Fel. in Procem. Gregoriano colum. penult. & pulchre Ruin. consil. 99. colum. fina. libro 1. & dicit Ange. ad l. 3. ff. ad leg. Iul. maiest. primo not. quòd asserens se magistratum, qui non est, incidit in maiestatem, & tenetur etiam crimine falsi, vt l. eos. ff. de falsis. Et ijsdem verbis vtitur Cuman. consilio 162. circa fin. Guido Papæ quæstio. 423. vbi subdit, quòd magistratus, qui exercet iurisdictionem vltra terminos suos capite punitur. Vide Bart. in tract. de Tyranno quæstio. 9. Natta.

†.2 Innocen. in cap. cum ec.] Idem tradit ibi Abbas ad cap. suam. de simon. videlicet, quòd in actibus meræ facultatis non inducitur consuetudo, nec possessio. & late tangit Petr. Anchar. in reg. iur. sine possessione: Ias. ad l. quominus columna 6. ff. de flumin. Et vide Afflictum decis. 67. Istud non procedit in præstatione, quæ fit ob piam causam, Felin. ad ca. ad Apostolicam. circa fi. de simon. Natta.

AD CONSILIVM LI.

†.1 Locus contractus.] Ideo si de rebus emptis in nundinis non soluitur gabella, non soluetur ob traditionem factam extra nundinas, quia traditio habet necessariam relationem ad contractũ, Bald. ad l. 1. C. de nundi. Et quòd gabella sit onus contractus, tradit Dec. consilio 457. dub. 1. Natta.

AD CONSILIVM LV.

†.1 Testator deuenerit.] Istud late comprobat Dec. consil. 205. colum. 2.

†.2 Sed etiam de fœminis.] Sequitur Dec. consil. 15. in prin. licet in illo casu contra. & tenet idem Dec. consil. 299. columna penult. vbi limitat, stante statuto præferente masculos fœminis. Natta.

AD CONSILIVM LVI.

†.1 Pleno iure instit.] Nota quòd vbi instituitur hæres pleno iure, concurrit in vsufructu cum vsufructuario omnium bonorũ, sequitur Picus ad l. Titia. §. Titia. quæst. 21. col. 59. ff. de leg. 2.

†.2 Dici inanis.] Ad confirmationem adduco quod est ab Ange. & alijs scriptum ad l. 1. ff. qui satisdare cogantur. Nam licet quando quis promisit creditorem facere tutum, & securum, non teneatur dare fideiussores, vel pignora, tamen fallit si se antea obligasset, quia tunc teneretur promittendo securitatem, dare fideiussores, & pignora, quia illa promissio si intelligeretur sine pignore, & fideiussore, nihil operaretur. l. qui bis idem. ff. de verb. oblig.

†.3 Dimidia vsusfructus.] Quantum spectat ad rem hanc, legas Socin. consilio 1. colum. penult. lib. 4. & consi. 3. circa fin. eod. lib. Ias. ad l. re coniuncti circa quartam quæst. Bart. colum. 18. ff. de leg. 3. Picum ad. §. Titia. l. Titia. ff. de leg. 2. quæst. 22. & supra columna 23. versi. expeditus de hac conclusione.

†.4 Et si filius.] De vxore, quæ habet ex legato vsumfructũ cum filijs, vtrum, illis decedentibus accrescat vsusfructus vxori, Ias. consi. 79. lib. 3. Curt. iun. consi. 14.

†.5 Vnde quilibet.] Sequitur simpliciter Picus ad §. Titia. l. Titia. quæst. 46. ff. de leg. 2. Natta.

AD CONSILIVM LVII.

†.1 Tanquam æs alienum.] Hæres aduersus fideicommissarium potest deducere debitum suum, etiam non confecto inuentario, Dec. ad l. debitori. no. 1. C. de pact. debet tamen compensare illud cum fructibus perceptis, Pau. Castr. ad l. fideicommissaria. col. fi. ff. ad Treb. Alex. ad l. quod de bonis. §. quòd auus. 2. no. ff. ad leg. Falc.

†.2 Potuisset hæres.] Idem tenet Rui. addens alia, consi. vlt. dub. 2. & 3. lib. 2.

†.3 Debet reus audiri.] Vide Ias. qui tenet contra Alex. hic, ad d. l. si fideiussor. §. si necessaria.

†.4 Qui præstet.] Hac de re Ias. ad. l. 1. circa fi. ff. qui satisd, cog. & Bald. in Aut. qui relictum. columna 3. C. de indic. vid. tol. Bald. idem in c. coram. colum. fin. de offic. de leg. Guido Papæ quæst. 250. Imola in l. cum non facile. ff. si cui plus quam per leg. Falcid. Natta.

AD CONSILIVM LVIII.

†.1 Super narratis.] In hoc eodem met casu consuluit And. Sic. in fauorem Margaritæ aduersariæ, vt patet eius consil. 64. lib. 2.

†.2 Non adeat.] Hanc opinionem amplectitur Rui. consil. vlt. dub. 4. lib. 2. & consi. 54. col. 4. li. 2.

†.3 Cautio præstetur.] Et si alienat ante æstimationem, cadit ab vsufructu, tanquam male in re versetur, Rui. consi. vlt. in fin. lib. 2. Et idem vsuuenit si occultet bona ne distribuantur, Crauetta consil. 300. & de his, quæ hoc loco tractat. Alexan. tradit etiam Rui. ibidem dub. 4. in fi.

†.4 Fiat descriptio.] Idem tenet Cur. iun. in l. procurator. C. de eden.

†.5 Quia respondeo.] Vide And. Sic. consi. 64. lib. 2.

†.6 Lege sicut.] Adnota hæc iura, quòd consentiens alienationi, videtur remittere pignus, si alienatio sequatur cum effectu, & non aliter.

†.7 Argum. d. l. Titius.] Vide Andream Sic. qui aliter concludit in d. consi. 64. lib. 2. Natta.

AD CONSILIVM LIX.

†.1 Lege cum pater.] Vide Crotum in Repet. §. Diui. car. 8.

†.2 Quòd sequentes.] Hanc rem latè prosequitur Alex. consi. 1. dub. 1. lib. 1.

†.3 Præscriptione.] Vtrum res prohibita alienari, possit præscribi, Ias. in d. §. Diui. vbi etiam Bart. ponit. q. penul. & ibi recentiores repet. Balbus in trac. Præscr. 4. quæst. 5. par. prin. Soci. consi. 251. col. pen. lib. 2. & Rui. qui tenet contra Alex. hic, consi. 41. col. 11. lib. 1.

†.4 Appellatur odiosa.] Adnota in odiosis non fieri extensionẽ ad casum habentem similem, vel maiorem rationem qua de re Ias. ad l. cum quidam. ff. de lib. & posthu. & Dec. ad l. factum. §. in pœnalibus. ff. de reg. iur. Facit quod in simili dicitur de fideicommissaria substitutione, quæ non extenditur de persona ad personã ex identitate rationis, Aret. ad l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthu. per textum in l. si ita quis. §. pen. ff. de testa. tute. & gl. in l. totius. in prin. ff. de libe. & posth. & hoc, quia sumus in odiosis.

†.5 Seu de vna.] Quid si prohibuit filios, & hæredes alienare? Cur. iun. consi. 121. colu. 4. Et prohibitio facta dictis filijs, non transit ad nepotes. Rui. consi. 130. lib. 2. Natta.

AD CONSILIVM LXIII.

†.1 Per laicos.] Idem dicit Anton. à Buttrio, & ibi Imola in no.

inno.ad c. Quintavallis, per illum tex. de iureiur.

†.2 Scit pendente.] In contrariam discessit sententiam Ang. ad l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. Afflic. decisi. 30.

†.3 In sententia reuoc.] Sequitur Philip. Fran. ad c. cum teneamur. col. fi. de appel. allegando Federi. NAT.

AD CONS. LXIIII.

†.1 Instrum. debent.] Quidam dicunt, vltra citationem partis, requiri, quòd pars producẽs petat dari copiam parti aduersæ cum termino ad opponendum, iuxta no. per Bart. in extrauag. ad reprimendum. in verbo, De plano. & tenet Mars. singu. 81. post Rom. quod non placet, quia sufficit etiam sola scientia, instrumentum esse productum in actis: vt probat Bal. in l. si quando. vlt. quæst. C. de testi. Ias. in d. §. fin autem reus. contrarium dic, procedit parte petente, quia nisi decreta copia cum termino, non fit probatio, Soc. consi. 105. Visis. col. 2. lib. 4. Et cõsi. Roma. vbi illud dicit, est consil. 156. Honorande domine. & aliud consi. 519. In casu proposito. Idem dicit Aretinus in §. appellantur. in vltimis verbis, instit. de exceptio.

†.2 Trepidationem.] Hanc opinionem contra Ang. tenet Alex. in l. diuortio. col. 3. ff. sol. mat. Ias. in l. vinum. col. 4. ff. si cer. peta. & plura in l. 2. col. antepe. ff. de iur. omn. iud. NAT.

AD CONS. LXV.

†.1 Magis commu.] Idem tradit Dec. cons. 327. vbi addit esse fauorabile, & extendendum.

†.2 Iustè excusare.] Hanc quæst. tangit Alex. in l. huiusmodi. §. si ita. ff. de leg. j. latè scribit Dec. consi. 327.

†.3 In dubio.] Adnota quòd in criminalibus in dubio præsumitur ignorantia, ideò receptator latronis, præsumitur ignorare illum esse talem, gl. in l. j. ff. de receptat. per d. l. vetius, & sequitur Bar. in §. fi. eo. tit.

AD CONSI. LXVI.

†.1 Reliquit vxori.] Hoc consi. refert ad literam Ioan. de Garonibus in rub. C. de secun. nup. 67. pœna. nu. 95.

†.2 Donec vitam.] Dictiones, donec, quo ad. & quandiu, conditionem faciunt, legibus hic allegatis in q. vide Bauæstrto. in l. j. ff. de condi. & demon.

†.3 Alumnæ.] Vide Dec. consi. 190. col. 3. & per totum. Rui. cõsi. 53. lib. 2. NAT.

AD CONS. LXIX.

†.1 Decidit Cynus.] Cy. & Ioan. Andr. loquuntur ibi tantum in instrumento solutionis recens reperto, & non in alio, & nihilominus Alex. in instrumento solutionis in d. l. Imperatores tenet oppositum. de qua re etiam vide Alexandrum eũdem infra hoc eodem consi. colum. seq. Vide Pau. Cast. in l. sub specie. C. de re iud. & eundem consi. 257. In causa, quæ vertitur Parmæ. lib. 2. Fran. Curt. latè in l. admonendi no. 1. Cur. Iun. omnino in l. sub prætextu. colum. 2. de transac. & consi. 18. Ias. in repet. l. admonendi. col. 20. NAT.

AD CONS. LXXI.

†.1 Talis reuocatio.] Facit quod dicit Bald. in c. illud. colum. 1. de præscrip. quòd inundatio fluminis triduana, dicatur durare momento, & ideò per eam non amittitur possessio quod est no. ad l. 3. §. Labeo. ff. de acquirenda possess. & dicit Bartol. in l. j. C. vnde vi. quòd defendens se infra triduum dicitur facere incontinenti.

†.2 Qui non interfuerunt.] Pro confirmatione accedat, quia licet iuramentum deferatur hæredi damnum passi, iuxta. l. si quãdo. C. vnde vi, tamen iste hæres debet esse bene informatus, vt quia gesserit negocia defuncti, Ias. in d. l. si quando. colum. antepen. post Bald. quem ibi allegat. Adde ad hoc etiam optimum textum in l. Marcellus. §. j. ff. rerum amot. & quod scribit Barto. in l. 2. §. quod obseruari. C. de iuram. cal. versic. sed pro eius declaratione quæro. Et quando dolus commissus est cum hærede defertur iuramentum hæredi super re defuncti, ita probatur in l. tutor, qui repertorium. in prin. ff. de admin. tuto. Vide Rom. consi. 290. & super alieno facto verisimiliter noto iurat, vt per doctores in l. iusiurandum & ad pecunias. in prin. ff. de iur. iur. quod videtur velle Alex. consi. 69. col. 2. in fi. lib. 2. quod etiam Fulgos. tenet inter Imolæ consilia consi. 147. In causa inter Frãciscum. col. 3. versi. nec dicat quis. Et istud etiam vult Dec. post Soc. consi. 536. colum. 4. Vide etiam no. Soc. consil. 89. col. fi. lib. 3.

†.3 De delicto.] Vide Curt. idem tenentem ibi col. 76. fol. 59. adde Bal. in c. in omni. de testi. quem ibi refert Feli. circa fi. versi. & hanc lec. NAT.

AD CONS. LXXII.

†.1 Currit instantia.] Vide Alex. j. col. pe. vbi aliter loquitur.

†.2 Per consensum.] Consensus tacitus in causa appellationis, non operatur, vt j. Alex. dicit col. fi.

†.3 Commissa.] Imo secunda interpellatio non purgat moram præcedentem, vt per Ale. in l. cũ procurator. §. si dominus. ff. de op. no. nun. Vide Ias. in l. si ex legati causa. col. fi. ff. de ver. oblig. NATTA.

†.4 Maximè probat.] Ista decisio Ro. procedit partibus consentientibus, vel ex causa, Alex. in l. quod iussit. col. 12. ff. de re iudi. & ibi Ripa nu. 49. Feli. in c. quoniam contra. col. 10. de proba. & in c. cum dilectus. col. 3. de fide instr. & in c. cum olim. col. 5. de re iud. Ias. in rep. l. admonendi. col. 26.

†.5 Compromissum.] Adde q̃ compromissum non impedit cursum decem dierum datorum ad appellandum, quia pacto prorogari non possit, Bal. in auth. hodie. C. de appe. & in auth. ei, qui. C. de temp. appel.

†.6 Per recursum.] Istud sequitur Fran. Cur. consi. 24. dub. 2. & latè tenet Dec. consi. 677. vide Rui. consi. 138. per totum libr. 5. & 172. dub. 3. lib. 4.

†.7 Fatalium.] Impeditus in vltimo fatali habet restitutionem, sed currit tempus, vt latè etiam prosequitur Fran. Cur. cons. 24. dub. 2. nu. 24.

AD CONS. LXXIII.

†.1 Ne alienes.] Denunciatio inducit malam fidem. l. si fundum. C. de rei vendi. Fel. latè scribit in c. nihil. col. fi. de præscrip.

†.2 In l. in testamento.] Pau. Cast. in d. l. in testamento la j. non dicit id, ad quod allegatur hic per Alex. & vbi discordant confines, standum esset pluribus, testium exemplo, Alexã. consi. 38. co. 2. lib. 5. Soc. in d. l. in testamento. dicit illum tex. nullo pacto facere ad astruendam opinionem Pau. Cas. Contrariam sententiam probat Pau. Cast. in l. si in nomine, & ibi Alex. & Riminal. C. de testam. Rui. consi. 115. In causa & lite. col. 3. li. 5. & cons. 50. nu. 13. li. j. Parisius consi. 58. nu. 25. vol. 3.

†.3 Si Titius.] Sed q̃ valeat, tenet idem Pau. Ca. vbi ponit articu. in l. non quemadmodum. versi. fi. ff. de iudica. & Alexã. in l. qui Romæ. §. Augerius. ff. de verbo. obli. NAT.

AD CONS. LXXIIII.

†.1 Quæstio deciditur.] Vide Feder. Sen. consi. 23. dub. 2. Hongelbertus.

†.2 Ex filio spurio.] Idem Ias. tenet in l. hæreditas. col. pen. C. de his, quibus vt indign. vbi dicit, quòd presbyter nepotem legitimum ex spurio adoptando, vel arrogando potest instituere. NATTA.

†.3 Licet Ang. in d. l.] Quòd spurius non præscribat, tenet Bart. consi. 119. Dominus Dominicus. NAT.

AD CONSIL. LXXVI.

†.1 Prima consid.] In eisdem terminis consuluit Ias. consi. 195. lib. 2. NAT.

 †.2 Etiam

†.2 Etiam inter liberos.] Ias. contra in d.auth.nouissima, cuius fundamentis respondet Claud.in l.inter cæteras.ff.de liber.& posth. Lancellotus politus in l.filium, quem habentem.C.fam. ercis.

†.3 Verbum lego.] De hoc verbo lego vide recentiores interpretes ad Rub.ff.de lega.1.

†.4 Bar.in l.] Vide Alex.ibi col.2.& seq.super gl.j.& ibi posteriores. Nat.

AD CONS. LXXVII.

†.1 Anto.de Butr.] Sequitur istud dictum Butriensis Alex.consi.82.col.j.ȷ̃.eo.lib.& Ias.in l.2.ff.si quis in ius voc.non ierit ita limitans ibi dicta Bar. Nihilominus idem Ale.in l.fi.col.2.ff.de iuris.om.iud.dicit quòd istud dictum D.Antonij non est apud eum expers dubij.

†.2 Circa illud factum.] Istud etiam existimat Ale.in l.cum proponas.la 2.in j.fal.C.de pact.

†.3 Et ius dicere.] Vide latè Ias.in l.vbi pactum.C.de trans.

†.4 Prouisio non intellig.] Vide per Fel.latè in c.inter cęteras.in 6.declar.de re iudi. Ale.vbi pluribus mediis istud firmat, in l.4.§.condemnatum.col.2.de re iudi.& limitat. Alexã.notabiliter consi.105.lib.5.& latius consi.225.libr.6.Idem tradit consi.107.circa fi.lib.3.Vide etiam Soc.consi.121.dub.j.lib.3.Plura per Grãmat.consi.j.posito post decis.nu.43.cum seq. Nat.

AD CONS. LXXVIII.

†.1 Violentia siue non.] Clandestinus possessor non potest opponere exceptionem dominij Alex.in §.nihil commune.l.naturaliter.ff.de acqui.poss. Nat.

AD CONS. LXXX.

†.1 Pro lucro.] Pro hoc gl.in l.si fratres.§.item ex facto.ff.pro socio.quam adducit Rui.consi.102.lib.j.vbi etiam ponit de pacto, quòd capitale sit saluum.

†.2 Contractus est licitus.] Istud quòd sit vsura, vbi capitale est saluum, latè amplectitur Ias.consi.33.libr.3. Dec.consil.116.col.j.& sequẽ.& Corn.consi.174.dub.2.lib.2.Pet.in tract.de duo.fra.4.q.j.in prin.

†.3 Ex causa depos.] Vbi pecunia datur ad exercendum mercaturam vel vt vulgo dicitur, negotianda, non esse depositum, etiam si id dicatur, contendit Iason ex aliis rationibus cons.33.col.pe.lib.3.& quod ex tali deposito nihil possit per dantem vel deponentem vtilitatis percipi, Decius respondit consi.116.col.1. Natta.

†.4 Scienter soluat.] Sequitur Dec.consi.116.col.fi. Nat.

AD CONSIL. LXXXI.

†.1 Ipsum constitutum.] Nota quòd vbi instrumentum est nullum, per consequens omnes clausulæ in eo positæ, sunt nullæ. Felin.latè in c.significantibus.col.pen.de offi.delegati.Facit ad propositum, quia in venditione ad mensuram, quæ est conditionalis, constitutum non operatur translationem dominij, & possessiones, nisi purificata conditione, Bar.cons.74.Petrus vendidit.in fine & de confessione vide quæ scribit Dec.in l.certi conditio.§.si nummos.post Ias.ibi.ff.si cer.pet.Et de precario Dec.in l.cum principalis.ff.de reg.iur.Alex.in l.j.§.si vir.ff.de acqui.poss.Iaso.in l.non dubium.col.pen.C.de leg.Et de confessione prænotata Rui.consi.53.nu.5.lib.2.

†.2 Constituat.] Sequitur Alex.consi.51.col.4.lib.6.

†.3 Decidit Bar.] Communis opinio Doc.cum Bar.vt per Alex.in d.l.j.col.pen.& ibi etiam Ias.

†.4 Aliter videatur.] Vtrum prælatus per constitutionem transferat possessionem, Alex.in d.l.j.col.pe.dicit se nõ vidisse decisionem in terminis.Et ꝙ prælatus non dicatur possidere, sed ecclesia, Alex.in l.j.§.fi.ff.de acqui.pos. Bal.in l.non minus.§.j.ff.de hæred.instit.Pau.Cast.in l.si sorori.C.de iure delib.

†.5 Gestum fuit.] Nota nihil acquiri absenti, nisi organo nuntij vel epistolæ, vt habetur in d.legib.allegatis per Alex.& habetur in l.illud.C.de sacrosan.eccle.& in l.2.ff.de pollic.de qua re vide Bal.in d.l.nec ambigi. Nat.

AD CONSIL. LXXXII.

†.1 Litem cont.] Adde tamen ꝙ mora commissa in contestando litem, habet effectum, & vim litis contestationis, Alexan.consi.100.in prin.lib.5.Et quòd iudex non possit pronunciare litem pro contestata, vbi non est, quia litis cõtestatio dependet à facto partium, non iudicis, dicit Soc.notabiliter consi.47.col.2.lib.4.facit ad rem tex.in l.j.§.j.ff.de feriis.ibi, nec enim factũ &c. quem Alex.hîc adducit.

†.2 Cursus causarum.] Statur regulæ donec probetur de exceptione, Ias.in l.post dotem.col.16.ff.sol.mat.

†.3 Super declar.] Statutum tollens nullitatem, non intelligitur tollere per viã exceptionis, Rui.post Alex.hic consi.37.nu.15.lib.5.

†.4 Non habet loc.] Istud etiã Alex.dicit in statuto exorbitanti, & odioso, in rub.C.de Iud.& in l.si dignum.in princ.ff.ad l.Fal.

†.5 Federic.] Idem dicit Fel.in c.j.de consti.col.5.

†.6 Non fuerit successor.] Alex.hîc vocat successorem in officio eum, qui est iudex appellationis, & idem, quod hic tenet in l.2.C.de edendo.versi.sexta conclusio.col.antepen.& ibi Ias.

†.7 Quasi possessionem.] Vide Ias.in eisdem ferè terminis.consi.81.lib.3. Nat.

AD CONS. LXXXIII.

†.1 Quasi propr.] Non tamen fit diuisio proprietatis in directã, & vtilem, Alex.consi.159.col.fi.lib.5.

†.2 Vtile, quod acq.] Vtile dominium acquiritur præscriptione de quo per Alex.& recentiores scribentes in l.traditionib.C.de pact.

†.3 Quia requirit.] Sufficit in Publiciana à quocunque fuerit habita possessio, licet non ab illo, qui concessit titulum. Alex.consi.161.col.2.lib.6.

†.4 Non simpliciter.] Idem dicit Alex.in proximo cons.84.col.pe.Dec.in c.super eo.no.vltimo de offic.deleg.Ias.in l.si vnus.§.ante omnia.ff.de pact.Alex.consi.80.in fine lib.7. Natta.

AD CONS. LXXXIIII.

†.1 Seu se non def.] Plura accumulat Felin.in c.cum Bartoldus.col.8.de re iudi.allegando l.si ideò.ff.de euict.& idem Felin.in c.ex literis.colũ.11.de constit. Alex.in l.sæpè.colum.23.ff.de re iudic.

†.2 De sententia.] Nota quòd priuilegiata & extraordinaria probatio, quæ admittitur contra principalem delinquentem, non procedit contra tertium, Bar.in l.j.ff.quando ex fa.tut.& in l.ne quid.versi.quæro tunc quando agitur contra villã.ff.de incend.ruina.nauf.Dec.consi.410.col.3.

†.3 Quod contra.] Idem dicit Alex.consi.83.col.fi.quod antecedit eod.lib.3.& in l.j.§.si hæres, no.j.ff.ad Treb.Dec.in c.super 10.col.3.de offic.delega.Ias.in l.si vnus.§.ante omnia.ff.de pact.

†.4 Talis locus.] Vide de hac re etiam per Alex.consi.91.col.2.circa finem lib.7.Accedat quod scribit Bal.in c.& ratione.de appel.quem ibi sequitur Dec.dicens, ꝙ ille non dicitur esse soluẽdo, qui non habet bona in territorio, nec prope territorium.& de hac quæstione vide Alex.& Ias.in l.sciendum.§.j.ff.qui satis.cogan.& Crau.consi.272.in fi. Natta.

AD CONS. LXXXV.

†.1 De illo, qui.] Sequitur Dec.consi.308.in fi. Nat.

AD CONSIL. LXXXIX.

†.1 Sufficiens ad tort.] Idem scriptum reliquit Gramma.decisi. 56.col.

56.col.2.Parisi.consi.151.lib.4. Natta.

AD CONS. XC.

1 Col.1.vers.Et videtur.ibi, Quòd illa nominatio fuerit facta occasione dictæ conuentionis.] In dubio præsumitur quis facere ob eam causam, quæ sibi incumbit, secundū Bar.& Pau.Cast. in d.l.2.& per tex.in d.l.2.§.homines.ff.vi bon.rapt. Dicit Bal. in l.j.ff.de seruo corrup.in addi.quòd non dicitur assistens fauere maleficio, nisi ad hoc assistat.refert Augusti.in addi.ad Areti. in tract.malefi.super glo.dictus Andreas armatus.& vide Dec. consi.327.in prin.& tex.in d.§.homines, adducit etiam Ias.cōsi.53.col.pe.lib.1.

2 Col.2.versi.Secundò oportet.] Istud ponitur de verbo ad verbum vsque ad versi.Sufficiat.in consi.123.lib.6.

3 Col.ea.versi.eo.in fine.ibi, Et ita dicit Pau.de Cast. se consuluisse Florentiæ.] Habeo in ordine consi.64.incip. Quæritur vtrum fideiussori, lib.1.

4 Col.ead.versic.Item quia ficta solutio.ibi, Confessio de recepto.] Quòd confessio de recepto probet veram numerationem, Dec.consi.439.col.j.licet ibi.in seq.concludat, quòd constituens procuratorem ad recipiendum, non intelligitur constituisse ad faciendam confessionem de recepto, & vide Rui.consi.147.col.2.lib.j.& ibi col.pen.vbi dicit regulariter non probare.

5 Col.3.versi.istis ergo.ibi.l.hoc iure.ff.de verb.obli.] Ista l. vult quod promissum sub conditione, ea pendente, peti non possit. Ad idem tex.in l.pecuniam.ff.si cer.pet.

6 Col.ead.versicu.eo.ibi, Executio non debet committi pro debito incerto, & non liquido.] Quòd nisi purificata conditione, instrumentum exequendum non sit. Dec.consi.107.in fin. Natta.

7 Col.fi.versi.Nec habent.ibi, Præsumatur ipsum subsequentem contractum fecisse occasione eorum, quæ acta erant.] Facit Bar.in l.pen.§.mulier.ff.sol.matri.si facta fuit confessio dotis & incontinenti sequuta promissio dotis, talis confessio videtur facta respectu promissionis. Et vide de prædictis. Dec.cōsi.245. col.3.

8 Col.ead.versi.Ad idem.ibi, Si mandatum facio procuratori de emendo certum prædium, & illud simpliciter emit.] Vide Alex.in l.j.§.nunciatio.ff.de ope.no.nunti.& in l.post dotem. col.5.ff.sol.matri.

AD CONS. XCII.

†.1 Debere nunc.] Super hoc eodemmet casu respondit Andr. Sicul.consi.55.libr.2.videlicet succedere hæredes Masiæ, per aliqua, quæ adducit hic Alex. & illis respondet, & non hæredes Antoniæ, nec pauperes Christi. Nat.

AD CONSI. XCIII.

†.1 Si hæredi plures.] Istud sequitur Ias.in l.si quis ita stipulatus fuerit decem.ff.de ver.ob. Nat.

AD CONSI. XCVII.

†.1 Allegabantur.] Pro Desiderio & sociis consuluit And.Sicu. consi.21.lib.2.& eius fundamentis respondet Alex.hic.

†.2 Casus fortuitus.] Iniustum factum superioris imputatur casui fortuito l.Lucius.ff.de euic.l.si fratres.§.per contrarium. ff.pro soc.Barto.in l.exceptione.circa medium.ff.de fideiusso. & in l.si per imprudentiam.ff.de euictio. Bald.in l.falsus.colū. penul.C.de fur.& est optimum consi.Angeli, quod Dec.refert, consi.74.colum.pen.Idem vult Pau.Cast.consi.220. Proponi tur in facto quòd quidam.lib.1.& aliquid ponit Rui.consi.67. col.2.& 4.lib.1.

†.3 Est in contrarium.] Sequitur Fel.mentionem faciens huius loci Alexandri, in rubr.de rescriptis.vide eundem in c.j.colum. 8.de re iudic.& vide Ias.consi.20.lib.j.& consi.140.col.j.li.4.

†.4 Remotum à destin.] Est bonus tex.in l.quemadmodum.§. idemque Labeo.ff.ad leg.Aquil.l.naturalem.§.j.ff.de acqui.rerum do.quæ iura alleg.Pau.Cast.in l.3.§.si.ff.de eo, quod certo loco. Natta.

AD CONS. XCVIII.

†.1 Adeò eleganter.] Vide in simili casu aliud consi. Alexā.numero 156.libr.5.& Iaso.in l.Titia.columna 3.ff.de verb.obli.

†.2 Terror arm.] Terror armorum dicitur esse iustus metus, vt latè ponit Ias.in l.2.C.de transact. vbi approbat dictum Angeli in d.§.qui armati.

†.3 Quòd subsit.] Sequitur Gram.decisi.5.& decisi.18.

AD CONS. XCIX.

†.1 In casu pred.] Super hoc eodemmet casu cōsuluit And. Barb. consilio suo 54.lib.j.

†.2 Quando subest metus mortis.] Adde quòd quando fit promissio timore amittendi lucri, vel ne graue damnum rebus suis inferatur, succurritur promittēti officio iudicis, Cy.in l.interpositas.C.de transact.per textum in l.non est verosimile.§.si fœnerator.ff.quod met.causa. Vide Barb. consi.j.libr.j.col.34. Hac de re etiam Felin.ponit.in c.si vero.col.j.de iureiur.de his etiam habetur per canonistas in c.2.quod met.cau. Et qui dicatur iustus metus, vide per Alex.in d.l.interpositas cui adde Bald.in l. quæ fortuitis.C.de pignor.act.col.6.vbi inquit, quòd leuis est culpa nimis pauidum esse, & meticulosum.l.item quæritur.§. exercitu.ff.locati. per quem probatur, quòd conductor debet resistere militibus, si potest. In oppositum est tex.in l.motū autem præsentem.§.j.ff.quod met.cau.vbi videtur vi deiectus, qui visis armis profugit. Facit ad idem prop.textus.in l.3.§.si quis autem visis.ff.de vi & vi arm.cum gl.in verbo, deiectum. Et de metu vide eundem Alex.j.consi.seq.col.1.& multa per Dec.in l.in omnibus causis.ff.de regu.iur.& in materia Barb.consi.60.lib. 1.vbi loquitur de eo, qui per metum sacros suscepit ordines. & ibi de ratificatione & de eo, qui metu inducitur ad seruiendum inimicis domini, Dec.consi.604.& seq.& Rui.in eodem casu consi.23.lib.1.Et instrumentum, in quo dicitur, Sponte, reprobatur per duos testes deponentes de metu. Gram. decisi.103. nume.60.Et de metu amissionis magni lucri, Ias.in l.3.col.4.ff. de ver.ob.

†.3 Quòd sponte.] Vide Ias.in l.interpositas.C.de transact.& Dec.in l.in omnibus causis.ff.de reg.iur. Nat.

AD CONS. C.

†.1 Mention. fac.] Quòd statutum excludens ab hæreditate fratris, non intelligatur excludere ab hæreditate sororis, vide Ias. in rubr. ff. de acquir. poss. propè finem. Et adde quòd renunciatio facta de bonis fraternis, non extenditur ad bona sororis, quia odiosa, Dec. consilio 230. prope finem. Et quòd statutum correctorium loquens de fratre, non comprehendat sororem. Alexan. late consi. 45. per totum lib. 7. Et in statuto, & alijs municipalibus, appellatio fratris an contineat sororem, scribit latè Dec. in l. fœminæ. columna penultim. ff. de reg. iur. Ias. in l. tres fratres. 1. not. ff. de pactis. vide Curt. sen. consilio 9. per totum. Natta.

†.2 Vbi dixit.] Sequitur Io. Bapt. in l. omnes populi. car. pen. ff. de iust. & iur. Et decisio Sali. procedit etiam quòd statutum loquatur per verbum communis generis, Fulg. consil. 54. col. 1. versi. 2. De mente. & consil. 85. circa fi. Et Saliceti mentionem facit Curt. senior consi. 9. Natta.

AD CONSILIVM LXXXVI.

†.1 Ad locum statuentium.] Idem tradit Andr. ab Isernia in rubr. Quæ sint Regalia. col. fin. vbi optimè loqu.

†.2 Districtus.] In fauorabilibus comprehendit, non in odiosis, vt Abb. dicit in d. c. Rodulphus.

†.3 Ignorantiam.] Hanc quæst. latè prosequitur in terminis Alberi. Ros. in 2. parte statutorum. quest. 1. Vide etiam Spec. in tit. de consti. §. 1. versi. & sunt hæc in arg. cum versic. seq. & omnino Andream ab Iser. in Rubr. quæ sint regalia. col. fi. vbi remoto iuris rigore vult, exterum ignorantem, nunquam esse puniendum. Et præsumitur dolus in vectigalia non soluentibus, Bal. in l. leges sacratissimæ. C. de legibus.

†.4 Et quod ibi not. Bartol.] Nota quòd quando quis defert talia ex quibus vectigal soluere non tenetur, debet res proferri id est publicano intimari, & peti apodixa. quod est verum de rebus, de quibus non est omnino certum, vtrum solui debeat gabella vel non, vt quando est dubium, deferat sui vsus causa vel non: secus si sint res prorsus exemptæ ab onere vectigalis ex forma statuti, quia tunc omissa professio non nocet, Bar. & Castrensis in d. l. fi. §. Diuus. & Pet. Anch. in cle. præsenti. 2. not. de censibus. Natta.

AD CONSILIVM LXXXVII.

†.1 Bal. in quodam.] Idem tenet Bal. consi. 120. Quidam Anton. Zannis, &c. lib. 1. & consi. 418. Ad primum dico quòd fructus. in fi. lib. 3. Natta.

AD CONSILIVM LXXXVIII.

†.1 Per viam querelæ.] Nunquid, prohibita appellatione, possit institui querela, vide Doct. in Auth. quæ supplicatio. C. de precib. Imper. offer. & Alexand. in l. fin. col. 12. C. de edic. Diui Adria. Alias allegationes, quarum meminit Alex. in princ. huius responsi, habes consi. 27. lib. 2. supra. Natta.

AD CONSILIVM LXXXIX.

†.1 Ecclesiastica.] Istud consilium, incipiendo à versiculo sed dubitatur. est repetitum de verbo ad verbum consi. 8. li. 3. in prin. à versi. in supposito. col. 2. Natta.

AD CONSILIVM XCI.

†.1 Resoluenda.] Adnota gl. per quam Soci. dicit in l. pecuniam. ff. si cer. petat. quòd si promissa sit certa quantitas cum hoc, quòd si facto calculo minus deberetur, illa minor quantitas censeretur promissa, tamen in promissa quantitate instrumentum habebit executionem, præstita tamen cautione, iuxta authen. quæ supplicatio. & istud sequitur ibi Dec. Natta.

AD CONSILIVM XCIIII.

†.1 Aliquod tempus.] Idem tradit Feli. in c. quærenti. col. 2. de offi. deleg. volens cessare quadrimestre. & vide Alex. infra consi. 95. col. 2. sed istud dictũ Bal. improbat Alex. in l. 1. §. qui præsens. ff. de ver. oblig. & ibi etiam Aret. Ias. in l. si arrogator. circa fi. comment. ff. de adop.

†.2 In se verum.] Hoc Abbatis placitũ sequitur Dec. consil. 424. col. 2. & in c. ex parte. il. 2. de offi. deleg. col. 5. Vide etiam Alex. infra consi. seq.

†.3 Promissionẽ.] Vide Aret. consi. 74. in fi. & facit ad rem optimus tex. in l. doli clausula. ff. de ver. obl. & vide Alex. infra in fi. consi. seq. Natta.

AD CONSILIVM XCVI.

†.1 Quod si cauens.] Sequitur Feli. in c. si autem. colum. 4. de rescrip. & est gloss. not. in l. vniuersa. C. de precibus Imper. offer. Natta.

†.2 In vno cap.] Tot sententiæ, quot res. l. etiam. §. 1. ff. de minoribus.

†.3 Quia vnus ex.] Adnota, rem communem, in solidum vendicari posse à possidente. Facit, quia locus etiam pro indiuiso possideri potest. l. locus. ff. de acquir. possessio. Item alienari. l. fin. C. commu. re. alien. Item euinci. l. prima ff. de euict. Et licet quilibet habeat partem in quolibet cespite, tamẽ pars cuiuslibet intellectu percipitur, licet oculo corporali discerni non possit. l. Mæuius. §. dominorum. ff. de leg. 2.

AD CONSILIVM C.

†.1 Defuncti.] Fideicommissum induci ex coniectura ta mente, quamuis verba deficiant, ostendit etiam per plura Ias. consi.52. col.5.lib.3.& consi.66.col.2.eod.lib.tamen ibid. col.pen.sentit oppositum, nisi coniectura sit necessaria.

†.2 Quibuscunque verbis.] Vide Dec. not.consil.205.duobus locis.& consi.15.col.2.& consil.186.col.2.& consil.465.per totum, vbi vult, mentem esse è verbis colligendam. latè hac de re Fran.Cur.consi.76.4.lib.

†.3 Vbi dicitur.] Ad idem ex text.in l.liberto.§.fin.ff. de an.leg. Et vide quid per illum text.in not.casu responderit Alex.consil. 34.supra lib.2.& sequitur Decius consi.227.col.pen.vbi vult, quòd substitutio facta filio in casu mortis, procedat si non nascatur. Natta.

†.4 Determinatum.] Vide Soci.consi.5.lib.3.vbi in illo casu discedit ab hac decisione.& Io.And.sequitur Alexand. consi.130. lib.2.vbi etiam consuluit in pulcherrimo casu & in paribus ferè terminis consuluit Dec.consi.397.dub.1.& Ioan.And.sequit Rui.consil.60.col.fin. lib.2. Vide eundem Ruin.in repet.§.Et quid si tantum.ff.de lib.& posthu. vbi tenet contra Alexand. & ibi vide Ias.vlt.lect. Et consil. Alex. hic sequitur simpliciter Ias. consil.303.lib.2. Et decisionem Ioan. Andreæ sequitur Curt. Iun.adducens alios, consi.83.col.5.

AD CONSILIVM CIIII.

†.1 Qui non interfuerit.] Quòd diuisio non præiudicet iuri absentis, & ignorantis, est casus in l. cohæredibus. C.fam. hercisc. licet in præiudicium præsentium teneat.l.2.§.dubitandum.ff. fam.hercisc un.l.& si non omnes.ff. commu.diuid. & consuluit præclarè Soci.consi.95.dub.2.lib.2.

†.2 Non dicitur esse instrumentum.] Idem dicit Bart.in l.admonendi.versi.item quæro, quid si instrumentũ. & facit ratio, quia sicut non noceret, ita nec prodesse debet.l. secundum naturam. ff.de reg.iur.& Dec.scribit in c.cum causam.col.2. de probat.& in c.1.col.pen. de fide instru.& vide Bal.in l. si ministerium.C. de libe.cau.

†.3 Erogari.] Dicas bona quæsita fœnore, si incertum sit cui restituantur, eroganda esse in pauperes. capit. cùm tu. de vsuris.& 14.quæst.5.capit.non sane.non possunt erogari in reparationẽ fabricæ.ita tenent Ioan.Andr.Dominic.& Pet.Anch. in c.religiosis.de testamentis.in 6.

AD CONSILIVM CV.

†.1 Pia causa.] Quòd testamentum imperfectum ratione voluntatis, non valeat etiam ad pias causas, tenet Dec.in cap.1.col.6. de fide instru.vbi dicit, se consuluisse contra Alex. hic. & articulum tangit etiam Alexan.in l.si certis annis. col.2.C. de pact.& vide Dec.consi.159.

†.2 Verbo dicitur esse.] Vide eundem Alex.consil.17.supra lib. 3.& Decium, vbi latè disputat, consi.384.dub.2.& aliquid per Feli.in c.quæ in ecclesiarũ.col.7. de constit. Et vide etiam Alex. consi.176.col.fi.lib.5. Et in ciuitate Ferrariæ scribit Soc.consi. 92.col.6.lib.3. Natta.

AD CONSILIVM CVI.

†.1 Viso themate.] Est repetitum consil.128.lib.5.sed illud est diminutum.

†.2 Ipsorum filiorũ.] Adnota propter alienationem ius emphyteoticum non impediri, seq.Dec.consi.226.& consi.263.col. pen.vbi cum Alex. hic concludit, partem alienatam posse reuocari, ad similitudinem feudi.

†.3 Possit alienare.] Dicit Dec.consi.390.col.3.quòd licet dominus præbeat licentiam alienandi feudum, hæc licentia non præiudicat agnatis.& idem tradit consi.395.

†.4 Fortius dico.] Adde tamen quòd illam decisionem Spe. videtur tenere Sali.in d.l.fi.col.1.C.de iur.emphy.Inno.in c.1.de loca.Idem Alex.consi.172.Viso themate, & scripturis col.pen. lib.2.facit no.dictum Ang.in l.idem.C. locati. Vide Ias.in l.fin. colu.2.C.de iur.emphyt.vbi etiam tenet contra Spec.& contra eundem Spe.tenet etiam Dec.in c.quæ in ecclesiarum col. pen. de constit.Et pro Spe. facit illa ratio, quòd vbi conceditur licentia ei, qui aliter facere non poterat actum, intelligitur iuris solennitas seruata, gl.1.in l.si quando. C.de inoff.testamen.quam gl. in simili alleg.Ias.in l.præses. col.2.C.de transac.& dictam.l.si quando.allegat etiam pro Specu.& placitum Spec.sequitur Afflict.decis.307.col.6.sed non requiri consensum Alexan.tenet consi.173.col.2.lib.2.Et Spe.opinionem tenet Dec.consi.614. col.1.Rui.consi.81.lib.1.& contra Spe.tenet Rom.sing.469. Iacobi.in sua Inuestitura, in verbis, Ita quòd ipsi vasalli, in princ. Et de illis verbis, Pro te, & quib. dederis. ponit Curt. in tractatu Feud.4.par.prin.2.reg.quæst.5.fol.49.& Spe.sequitur latè, & subtiliter Calc.consi.51.Non est dubitandum.

†.5 Non reperitur.] Sequitur Ias. in l. si ita quis.§.& si col.3.ff. de verb.obl.

†.6 De iure tertij.] Fallit in singulari successore, qui excipiendo potest opponere de canone non soluto, Bal.in authen.qui rem. col.fi.versi.subsequenter quæro.C. de sac.san.eccle.Pau.Cast. in l.cum seruum.C.de seru.fug.& cons.360. Viso, & examinato.li.2.alias consi.370.

†.7 Contra ius.] Hanc distinctionem tenet idem Alex.in l.diuortio.§.si fundum.ff.sol.mat.col.2.

†.8 Quòd esset verum.] Contra, quia stipulatio facti affirmatiua, transitoria est ad hæredes.Bart.in l.si sic. la grande. de verbo. oblig.Doct.in l. veteres. C. de contrah. & commit. stipu. Bald. Ang. & alij in l. apud.§. si quid al.ff. de leg.1.ergo licentia concessa alienandi patri, transit ad hęredes, & sicut pater poterat alienare, ita & filij hæredes.

†.9 Qui non fuit.] Sequitur Rui.consi.7.col.5.lib.1.non transfertur tamen dominium in emptorem, Ruin.consi.143.col.fin. lib.1.Ias.in d.l.fin.C.de iure emphy.nu.103. Natta.

AD CONSILIVM CVII.

1 Versi.Insuper.ibi Paternæ inuestituræ.sequitur Dec.consi.53. Natta.

AD CONSILIVM CVIII.

†.1 Quòd immunitas.] Istud dictum Bart. sequitur Abb.consil. 78.dub.1.lib.1.sed non est simpliciter verum, nisi vbi quis haberet qualitates repugnantes, quia potentior inspicitur, vel foret fraus, ita per idoneas auctoritates concludit Dec. in l. rogasti. in prin.col.2.ff.si cert.pet.Et pro opin.Bart.facit illa ratio, quia ex quo non habet partem maiorem fortunarum suarum illic collocatam, videtur hoc facere causa habendi immunitatem. & procurans honorem vt immunitatem habeat, non consequitur, Alexan.in l.simili modo.ff.si quis caution. Natta.

AD CONSILIVM CIX.

†.1 Pro virili port.] Vide hac de re egregie Abb.in c.constitutus. in nou.de relig.do.Idem traditum & ab Antonio à Butrio, & ab Imola in c. ex literis. de pignoribus nisi vir vergat ad inopiam.l. vbi. C. de iure dot. & actio de dote non nascitur, nisi sol. mat. Alex.consi.153.col.fi.lib.6.& consi.106.col.2.lib.5.& plenè idem Alex.discutiens articulum in l.si constante.ff.sol.mat.

†.2 Pro reliqua.] Ratio est, quia alienatio est prohibita fauore tertij, & reip.ideo iuramentum non attenditur, secundum Imo. in d.l.cum vir.& sequitur Ang.Aret. Instit. quibus alie. non lic. in prin.

†.3 Tamen potest.] Sequitur Dec.in alio proposito consi.185. col.4.

†.4 In verbo.Item hoc.] Bart.ibi dicit in versi.Venio ad tertium. & sequitur Fran.Cur.ibi col.59.fal.4. Natta.

AD CONSILIVM CX.

†.1 Paruis furtis.] Doctores communiter in d. Auth. Sed nouo iure

no iure. concludunt, quòd secundum formam statutorum, & ex consuetudine Italiæ, pro tribus furtis, quis furca debet suspendi, & etiam pro vno furto, si sit magnum. Idem dicit Ang. Aret. in trac. maleficiorum, in verb. Vestem cœlestem. & Gandin. sub rubr. de Furibus, & latron. Est tamen aduertendum, quòd Ludou. Rom. consi. 429. dixit, quòd licet per statutum fur pro paruo furto possit suspendi, tamen iudex potest moderari pœnam citra mortem. sequitur Aug. in trac. malefic. in addit. ad gl. Quas si non soluerit. col. 4. Et de iure communi, quæ pœna sit furis, tangit pulchre Fulgos. consi. 157. supposito statuto, &c. & plura affert Ias. in l. pen. col. pen. & seq. ff. de condi. ob caus. Natta.

AD CONSILIVM CXII.

†.1 Sed nulla apparet.] Alia causa, si instrumenta inter plures erant communia. Item si instrumentum erat in remotis, & timeretur de amissione, vt Abb. ibi dicit, vbi vult idem, quando originalia sunt scripta in papyro.

†.2 Ferraria, & eius territorium.] Et quòd Ferraria sit Ecclesiæ, tenet etiam Imola in Rub. ff. de ver. obl. col. pen. per d. gloss. in Auth. vt eccles. Rom. & ibidem ponit Imola de locis alijs, quæ habet Ecclesia. Natta.

AD CONSILIVM CXIII.

†.1 In emphyteosim.] Idem tenet Ias. in l. fin. nu. 110. C. de iure emphy.

†.2 Pensionem.] Tamen si patitur emphyteotam longo tempore possidere, præsumitur scientia, & consensus, vt dicit Alex. infra in 4. fundam. & sequitur not. Dec. consi. 185. in addi. ad consi. dicens idem in vasallo, si dominus patitur longo tempore possidere feudum, quod intelligatur remisisse caducitatem antea commissam.

†.3 Ex patientia.] Sequitur Alex. consi. 12. col. fi. supra lib. 4. facit, quia vbi agitur de modico præiudicio, tacitus consensus præiudicat, Bart. in l. quæ dotis. col. 6. ff. solu. mat.

†.4 Alienaret.] Num in alienatione feudi præsumatur consensus domini ex longinquitate temporis, vide Ias. consil. 176. dub. 2. lib. 2. vbi meminit dicti Alex. hic. Et sequitur etiam pulchre Alexandrum hic Dec. consi. 185. in addit.

†.5 Longum tempus.] Idem Dec. tradit in l. si certis annis. C. de pact. & latius consi. 146. Alex. in l. qui aliena in prin. colum. 3. ff. de acquir. pos. & vide de prædictis Alex. consil. 8. lib. 7. vbi in fine consilij sentit, ista non procedere respectu tertij. Et Alexandrum hic seq. Dec. consi. 146. col. 2. Tamen animaduerte, quia dominus recipiens, in sua quasi possessione tuendus est, etiamsi recepit minori tempore decennij, Pau. Cast. consi. 130. præmittendum est ad euidentiam dicendorum. lib. 2. & in l. sicut. §. si quæratur. ff. si serui. vend. & Bar. tangit in l. fi. ff. quorum bono. Et de prænotatis videre etiam non grauaberis Ruin. consil. 10. col. 1. lib. 1. Natta.

AD CONSILIVM CXIIII.

†.1 Et lite.] Vide eundem Alex. consi. 47. lib. 6.

†.2 Pro plenaria.] Idem dicit etiam si statutum diceret, pro plenaria probatione, vt concludit Dec. in c. 2. in 2. lectura de constit. quia tametsi per instrumentum probatio fiat manifesta, contrarium tamen probari potest. cap. cum Ioan. de fide instrumen. Natta.

AD CONSILIVM CXV.

†.1 Nouam ca.] Sequitur Felin. vbi adducit similia, in ca. Petrus. de homicid.

†.2 Excusat à pœna.] Quòd iusta causa non excuset à pœna conuentionali, firmat Alex. consi. 135. col. pe. lib. 6. contra Io. And. in d. titul. de arbitris. §. fi. de qua re etiam tangit idem Alex. consi. 66. col. fi. lib. 5. & Io. Andream seq. Alex. consil. 96. col. 3. in fi. lib. 6. Ias. consi. 41. col. fi. lib. 3. contra Ias. consi. 134. col. fin. lib. 4. Curt. iun. consi. 132. col. fin. vbi secundum Alex. hic dicit quòd excusat, etiamsi plenè non probetur.

†.3 Et fama.] Idem dicit Bart. in l. Celsus. ff. de vsufructu. columna 1. Natta.

AD CONSILIVM CXVII.

†.1 Dicitur ab empon.] Dic verius, quòd emphyteusis venit à verbo Græco ἐμφυτεύω quod conserere, vel inserere significat, vt tum ab alijs, tum verò à Ioanne Ferrario Montano in annot. ad §. vt ecce. Instit. de locatione, & cond. adnotatū est. vnde si Græcæ voci innitimur, dicendum esset, emphyteusis, & emphyteuta, non autem per literam O. emphyteosis, & emphyteota. Emponema autem significat elaboramentum. Sed hæc grammaticis sunt relinquenda. Natta.

AD CONSILIVM CXIX.

†.1 Sine disputatione.] Hoc consil. & quod statim sequitur, huc ex alienis officinis irrepserunt. prius autem est Cumani, vt patet, si quis legat volumen consiliorum Cumani consi. 184. Natta.

AD CONSILIVM CXXI.

1 Col. 1. versi. Nec etiam deberi possunt. ibi, Sed solum promisit ei Petrus vendere ad decem annos proximè venturos, &c.] Contrarium, quòd is cui facta fuit promissio de vendendo fundo sibi tradito, & precio soluto fructus faciat suos contra Alex. hic dicit se consuluisse Soc. & obtinuisse in l. si ante nuptias. ff. sol. mat. tamen ibi Ias. sequitur Alex. in præsenti consi. per rationes Alex. & idem consuluit Ias. consi. 117. lib. 1. & contra Alex. hic consuluit Soci. consi. 170. col. fi. vers. Secundum principale fundamentum lib. 2. & Soc. sequitur Cur. iun. consil. 82. col. 2. Cagno. in l. 2. q. 21. C. de pac. inter empto. & vendito. Paris. latè consi. 60. lib. 1. & idem tenet consi. 75. lib. 4. Dec. consi. 614. col. pen. Rui. consi. 47. col. 3. li. 4.

2 Col. 2. versi. Præterea. ibi, Promissio de vendēdo quæ differt à venditione.] Non debentur fructus, vel interesse ex promissione de vendendo. tenet Soc. in l. si ante. ff. solu. matr. Dec. consil. 183. in fi.

3 Col. fi. versi. Et saltem. ibi, Ergo error talis iuris, non inducit bonam fidem.] In titulo reprobato error iuris non prodest. sequitur Rui. consi. 41. col. 13. lib. 1.

AD CONSILIVM CXXII.

†.1 Verbis generalibus.] Vide plura per Fel. in c. translata. col. 2. de consti. & infra consi. proximo col. 2. & affatim Ias. in l. Prætor. in prin. 2. no. ff. de ope. no. nun.

†.2 In fauorem.] De hoc Cyni dicto mentionem facit Fel. in c. nonnulli. col. 28. de rescrip. sequitur Dec. consi. 165. Signorol. consil. 178. Quæstio proponitur. col. 3. & pro eo facit optimè text. in l. libertis, quos. §. posthumis. ff. de alimen. & cib. leg. Natta.

†.3 Coram Episcopo.] Quid si sint plures laici, & vnus clericus, videtur, quòd præualeat numerus, ideò iudex laicus adeundus. & videtur hoc velle Bal. in l. fi. col. antep. versi. sed hic quæritur. C. de edic. diui Adria. tollen. & Rochus in tracta. de iure pat. car. 5. Vide Dec. in cap. ex literis. 5. not. de constit.

†.4 Vbi socius.] In oppositum facit quod dicit Spec. in titul. de cler. coniug. versic. quòd si clericus. vbi concludit quòd fratres clerici tenentur ad onera ciuitatis, licet clericus pro parte sua non teneatur, quia materia est diuidua. sequitur Dec. in Aut. cassa. columna 2. C. de sacrosan. eccles. & di. gloss. sequitur Ias. in l. 1. C. de transa. colum. 2. Marsilius sing. 180. D. Georgius in c. quamuis de pact. in 6. colum. 63. vbi testatur, se consuluisse secundum gloss. placitum, & suo responso subscriptione assensos fuisse Hieronymum Tortum, & Ioan. Puteum. Et nunquid immunitas concessa castris meis, extendatur ad communia, vide per Alex. in l. serui electione. §. 1. ff. de leg. 1. & dicit formaliter Bald. in addit. ad Spe. in tit. de magist. ad fin. Nota quòd socij Doctorum gaudent priuilegijs eorum. Et d. gl. sequitur etiam Marsil. in l. de minori. §. tormenta. colu. 4. ff. de quæst. & And. Sicu. consi. 1. colum. 4. lib. 2. & vide Ias. infinita adducentem similia, in l.

in l. si emancipati. col. 3. C. de collat. & ibi Dec. & Bal. consi. 301. Proponitur, quòd Petrus, qui tenebat feudum. libro 1. inquit, quòd inuestitura fratris socij, prodest alteri. sequitur Dec. consi. 144. col. 3. in fi. Adde in hac materia, quòd statutum prohibens institui forensem, non procedit vbi cum forensi instituitur subditus. Ias. consi. 112. columna 3. libro 4. quæ res est obseruatione digna. Et vide Afflict. decis. 213. vbi ponit aliqualiter, quomodo quid dicatur indiuiduum. Et in separabilibus, de mixto iudicatur vt de simplici, Alex. in l. 2. in prin. ff. de ver. obl. Et est à Philosophis literis consignatum, quòd inseparabiliter vnita, communicant sibi inuicem idiomata, id est proprietates. Et de connexis vide Bald. omnino in l. 3. §. sed vtrum. in fin. ff. de minor.

†. 5 Committat feloniam.] Bald. dicit, si alter sua probitate defendit, vt per Ias. in l. 1. col. 2. C. de transac.

†. 6 Talis confirm.] Sequitur Rui. consi. 60. col. penult. lib. 1. & consi. 16. col. pen. lib. 2. & plura de confirmatione ponit consi. 109. col. 5. & 6. lib. 4. Natta.

AD CONSILIVM CXXIII.

†. 1 Scripsit.] In materia præcedentis consilij: & non est Alexan. sed Andreæ Siculi.

†. 2 Quis non faciat.] Vbi lex vtitur verbo, Præsumpserit non habet locum in eo, qui contrauenerit, non per contemptum, sed per ignorantiam, vel temeritatem, vt per Felinum latè in Rubr. de præsump. vbi ad hoc probandum allegat bona iura, & auctoritates opportunas. Idem tradit de verbo, Audeat, Dec. consilio 57. col. 5. & vide eundem consilio 277. in fi. vbi etiam de verbo præsumat.

†. 3 Facit quod vol.] Vide Feli. ad hanc gl. in cap. 1. col. 9. de rescrip. & hanc gloss. sequitur Ias. consil. 162. in fin. lib. 4. & vide Dec. consilio 301. colum. 1. vbi in fine consilij limitat quando ostenderetur aliter de mente concedentis, vt quia vteretur verbis vniuersalibus, & prægnantibus. & hanc gloss. etiam adducit Alex. infra consi. vlt. colum. fin. hoc eodem libro & consi. 101. colum. 1. lib. 1. Et pro dicta gloss. dicit Bald. in c. 1. colum. pen. de rescriptis, quòd vbi onera generaliter imponuntur, non tollitur immunitas concessa, Cum alijs adductis per Dec. consi. 374. col. 3.

†. 4 Quæ fit in forma.] Vide Dec. declarantem consilio 516. columna 3.

†. 5 Papa confirmat.] Vide de hac confirmatione in forma communi Alex. consil. 1. col. 9. lib. 5. Abbatem consil. 101. col. fin. lib. 1. Decium consi. 142. col. fi. & consi. 7. col. fi.

†. 6 Partium citatio.] Imperator, parte citata, sententiam ferre debet. Idem vbi aliquid declarat, Alex. consil. 11. lib. 7. Et quòd confirmatio non operetur nisi parte vocata, tradit Rota decis. 230. Papa confirmando. in nouis. quā adducit Soci. consi. 164. Visa bulla. col. 4. Dec. consil. 407. Visis & diligenter discussis in fine. De ea etiam meminit Alex. consil. 215. prope fi. li. 7. idem Dec. consi. 410. col. 4.

†. 7 Ego consului.] Istud consil. Andreæ Sicu. habes lib. 3. consil. 58. Incipit, A Ioue principium. & ibi col. antepen. ponit confirmationem factam in forma communi, nihil operari. Natta.

AD CONSILIVM CXXIIII.

†. 1 Non præscriptio.] Vide de differentia inter ista Francis. Aret. consi. 23. col. pen. Alex. consi. 6. col. pen. super dub. 1. & eundē Aret. consi. 132. col. 3. Cor. consi. 268. nu. 17. lib. 4.

†. 2 Linea masculina.] Istud reputat notabile Alex. in l. Gallus. §. instituens. col. fi. ff. de lib. & posth.

†. 3 Nicolaus.] Vide hac de re latè per Alex. consi. 19. infra lib. 5. vbi colliges limitationem ad hic dicta.

†. 4 In c. quanquam.] Hæc sunt verba medietatis alterius consilij, quod ponitur integrum consi. 49. li. 3. & repetitum consi. 21. lib. 6. Natta.

AD CONSILIVM CXXV.

†. 1 Esset pauper.] Iason late scribit consi. 183. lib. 2.

†. 2 Matrimonium inter eos.] Sequitur Fel. in c. cum M. col. 8. de constit. Natta.

AD CONSILIVM CXXVII.

†. 1 Dixit prædicta.] Videas per Dec. in d. c. at si clerici. in 6. limi. Natta.

AD CONSILIVM CXXVIII.

†. 1 De mandato.] Refert etiam Alex. & sequitur consil. vlt. col. 1. lib. 2.

†. 2 In illicitum.] In dubio quomodo accipi debeat consilium vide Fel. & Dec. in c. 1. de offi. deleg. & pro dicto Bald. hic faciunt no. per Bart. in l. non solum. §. sed vt probari. ff. de ope. no. nun. Item quia verbum, Vindicare, quod de facto, & de iure potest intelligi, vt delictum excludatur, intelligitur de iure vt dicit Guiliel. de M. per glo. ibi in l. 1. C. de his, quibus vt indignis. Facit ad rem quod dicitur de colloquio, quod cum possit esse bonum, & malum, tamen in dubio præsumitur bonum. Bal. consil. 220. In quæstione Milani. lib. 3. & vide Dec. in l. consilij. ff. de reg. iur. & Alex. hic sequitur Fel. in c. auditis. col. 7. de præscrip.

†. 3 Non facit per se.] Adde quòd nec ad inquirendum, vt per Fulg. consi. 136. col. penul. versic. Nouissimè vero ex alio &c. In oppositum quod facit indicium ad inquirendum, tradit Ange. in l. & si certus. ff. ad Syllan. & in materia vide late Ang. Aret. in trac. malef. super gl. fama publica. & Dec. in ca. quoniam. in fin. de testib. & eundem Dec. consil. 175. col. 2. & col. 234. in prin. & consi. 189. col. 5. & ibidem in fi. col. & in prin. seq. ponit optimas declarationes. Natta.

AD CONSILIVM CXXX.

†. 1 Tempore feriato.] Facit quia in executiuis non requiritur strepitus, Bal. in l. etiam. 1. col. C. de execu. rei iudic.

†. 2 Aliquas exceptiones.] Statutum non intelligitur secundum ius commune, vbi excipit aliquos casus & ita ponderat Rui. consi. 59. col. 2. lib. 3. & consi. 119. col. 3. lib. 1.

†. 3 Ad alios.] Et sic in exceptis fit extensio. & ita Alex. hic adducit Afflict. decis. 401. col. fi. & articulum tangit Dec. in l. 1. col. fi. ff. de reg. iur. & vide Alex. super hac eadem re in l. si constante. col. 4. ff. sol. mat.

†. 4 Meticulosus.] Vide his de rebus Dec. consilio 460. dub. 1. & Alexan. in l. quemadmodum. ff. de acquir. poss. Aret. in l. si de eo. §. si forte. col. 6. ff. eod. tit. & Rui. consil. 58. in fin. lib. 4. Ias. consil. 91. col. fin. lib. 3. Rotam in decisionibus Thomæ Fastoli dub. 40.

†. 5 Si adeo iudicem.] Quod ei, qui petijt se in possessionem immitti per iudicem, obstet litis pendentia, vt non possit propria authoritate ingredi, tenet Ruin. contra Alexand. hic consil. 57. libro 4.

†. 6 Quòd si feci capi.] Dicit Ias. consi. 9. lib. 1. in 2. addit. quòd in executiuis non prohibeor adire diuersos iudices. Et not. dictum Bart. in d. l. consentaneum. cui adde eundem Bart. in l. 1. in prin. ff. si quis ius dicenti non ob. & ibi Alexan. & Ias. col. 7. qui addit, quod contra cōtumaces potest quis vti missione in possessionē, item sequestratione, captione, & alijs remedijs. Eodem modo, habens pignus, potest facere in carcerem detrudi debitorem, non ex capite suspicionis fugæ, sed vt soluat. Et Bartoli placitum in dicta l. consentaneum approbat calculo suo Dec. consilio 460. dub. 1.

†. 7 Renunciare iuri.] Vide de hac protestatione facto contraria, Dec. consi. 460. dub. 1. Natta.

AD CONSILIVM CXXXI.

†. 1 Singulariter dicunt.] Nota vt scias practicare. tenet Afflict. decis. 326. & late prosequitur Dec. consi. 460. dub. 1. vbi respondit, quòd qui adiuit iudicem cum protestatione de expellendo propria auctoritate, quam sibi reseruauit, potest expellere, non obstante litis pendentia.

†. 2 Dum

†.2 Dum dicit.] Confirma ex no. per Alex. in l. si stipuler. §. fi. ff. de verb. oblig. Natta.

AD CONSILIVM CXXXIII.

†.1 Tenetur operari viro.] Petr. Gerard. not. 99. tenet quòd ratione societatis dimidia ad virum pertineat. Vide Gramma. decis. 54.

†.2 Alimenta habuerit.] Non tenetur operari hæredibus viri, si ab eis non percipit alimenta, Bal. consi. 137. dub. 1. lib. 5. Natta.

AD CONSILIVM CXXXIIII.

†.1 Item dicit ipse.] Istud dictum Bar. sequitur Ias. adducens alias auctoritates, in l. 3. §. incerta. col. pen. ff. de acqui. posses. Natta. Idem Alex. paulo post inquit, Et aduersus legatarios, &c.] Non autem potest agere cótra vnum solum, ex quo ostenditur, quòd filius pro legitima non habet hypothecam: de qua re nonnulla Dec. tradit consil. 235. dub. 4. Qua etiam ratione non potest agere contra tertios possessores, Grammat. decis. 90. Et de prædictis Ruin. consi. 17, col. 3. lib. 5. vbi etiam in sequen. col. vult, quòd filius contra vnum non possit suam consequi legitimam. Natta.

AD CONSILIVM CXXXV.

†.1 Viso puncto.] Super hac eadem facti specie in isto Antonio, consuluit Vincentius Paleotus Bon. cuius consilium habes supra consi. 54. eodem lib. consuluit etiam Alexan. & eius habes consilium num. 34. lib. 5.

†.2 Vt est casus.] Vide com. Felini ad proœm. Decretorum, columna 3.

†.3 Vnicuique patria sua videt dulcis.] Homerus quoque Odys. lib. 9. nihil patria dulcius esse testatur. Ouid. Dulcis amor patriç, dulce videre suos: quanquam Teucer Telamonis filius in vetere Tragœdia dixisse traditur, patriam esse vnicuique, vbicunque bene esset cuique: quod dictum acriter reprehendit Lysias orator in oratione, quam scripsit aduersus Philonem. Plura de patriæ charitate congerit Hieronymus Magius Anglarensis Iurisconsultus in libro de Patria, typis adhuc non excuso.

†.4 Patria sua videtur esse præstantior.] Et patriam suam vnusquisque tenetur defendere, C. omni timore 23. quæst. 8. vsque adeo, vt pro patriæ defensione filius licitè occidere possit patrem, l. minimè. ff. de religios. & sump. funer. secundum Butri. & Abb. in capit. 2. de immun. eccles.

†.5 Principem solutũ.] Istud dictum Baldi refert etiam & sequitur idem Andr. Sicul. author præsentis consilij, eius consi. 1. col. 2. lib. 1. & ratio Bald. elicitur ex tex. in l. quòd si minor. §. 1. ff. de minoribus ibi, Ne in agendo, in commodo huius ætatis homines afficerentur, nemine cum his contrahente, & quodammodo commercium eis interdiceretur. Facit ad rem optime text. in capitul. esto subiectus. 15. distin. vbi refertur illud Domitij Oratoris, Cur ego (inquit) te habeam vt Principem, cum tu me non habeas vt senatorem? Hoc idem sentit Bald. consi. 327. lib. 1. dicens, quòd nullus esset contractus in Principe, si penderet reuocatio, & substantia ex sola eius voluntate, l. in ementis. C. de contrahen. emptio. & sic malè contraheretur cum Principe, & esset quodammodo ei interdictum contractibus: quod dictũ ridiculum est l. bene à Zenone. cum materia sua vulgatissima. Huc spectat in simili tex. in l. cum plures. §. 1. ff. de administra. tuto. vbi contractus factus cum pupillo, sine iusta causa non reuocatur, quia id inutile esset pupillis, nemine cum ipsis contrahente. facit tex. in l. ratas. C. de rescind. vend. vbi habetur, quòd si liceret alicui rescindere venditionem sine iusta causa, oblato pretio, pariter liceret alteri parti idem facere. M. Antonius Natta.

FINIS ADDIT. AD VOL. IIII.

ADNOTATIONES ERVDITISSIMI IVRISCONS. M. ANTONII NATTÆ ASTENSIS,

AD QVINTVM VOLVMEN CONSILIORVM ALEXANDRI TARTAGNI.

AD CONSILIVM PRIMVM.

†.1 TAmen vbi non poteſt.] Sequitur Fel. ad c.ſuper literis.col.16. verſ. fallit quarto. de reſcrip.Iaſ.ad l.2. colum.6. verſ.quinto limita. ff. ſi quis in ius voc. non ierit. Et vide de prædictis Soc. conſi. 187. circa fi.lib.2.

†.2 Aliquod commodum.] Vide hac de re Fel.ad c.ſuper literis.col. 17.& ſeq.de reſcrip.

†.3 Verſi.Octauo fallit.]Hoc etiam tenet ibi Iaſ.col.6.

†.4 Etiam in cauſa.] Idem tenet Oldr. conſil.83. An Epiſcopus. quem refert, & ſequitur Alberic. Roſat. in Auth. ſtatuimus. C. de epiſc.& cler.Idem vult Bar.ad l.eſt receptum. in prin. ff.de iuriſd.om.iud.& dicit Bald.ad l.quanquã. col.2.C.ad Treb.quòd Princeps inter fiſcum ſuum, & ſubditum poteſt dare iudicem ſicut facit imperator.l.1.C.vbi cau.fiſca.

†.5 Plus etiam attentari.] Vide quæ ſcripta reliquit Cur. iun. in ſuo tractatu Feud.in 3.parte prin.vbi meminit dicti Alex.hic,& illud improbat. de quo etiam non nihil Dec. ad l. fœminæ. col. pen.ff.de reg.iur.

†.6 In qua ſit aliqua.]Idem ſcripſit Ang.ad l.cum Prætor.§.pen. ff.de iudic.& tenet Fel.ad c.dilecta.de maior.& obed. Dec.conſi.269.col.1.vbi dicit non procedere hoc in iuriſdictione feudali, licet in dubio non præſumatur ex feudo deſcendere, ſed ex principis liberalitate.atque idem tradit ipſemet Dec.conſil.32. qua de re etiam vide eundem conſi.193.col.2.& conſi.85.dub. 2.vbi ſentit quòd fœmina de iure non admittatur in allodialibus vbi adeſt imperium. Et quòd fœmina ſuccedat in iuriſdictione, tenet Alex.conſi.87.col.1.lib.6.Dec.conſi.413.circa fi. Et vide Pau.Ca.no.conſi.166.Nulli dubiũ eſt lib.1. vbi cenſet, conceſſionem Imperialem factam nobilibus vt poſſint exigere paſſagia, non intelligi de fœminis. quã rem adnotes, quia non reperies alibi. Conſuetudo autem quòd fœminæ ſuccedant in feudis, valet,Dec.conſi.445.col.6. & quòd fœmina ſuccedat in iuriſdictione allodiali,Dec.conſil.468.col.pe.Et fœminæ ſunt excluſæ ab honoribus habentibus adminiſtrationem,Dec.conſi.116. col.6.Et quòd de iure fœminæ non admittantur ad Regnũ, vel Ducatum,aut ad aliam dignitatem habentem iuriſdictionẽ,ſcriptũ reliquit Rui.conſi.40.lib.1.& fuſius ſuper eodem caſu conſi.99.eod.lib.& conſi.38.nu.5.cum ſeq.eod.lib.

†.7 Pau.de Caſt.] Laici poſſunt condere ſtatuta contra ius commune,ſed non clerici nec alij magiſtratus eccleſiaſtici.Rationes autem differentiæ tangit Fel.ad cap.quod ſuper his.de maior.& obed. Et hoc reſponſum Caſtrenſis adductum hic per Alexandrum habeo li.2.conſi.34.qđ etiam legere ne pigeat ibi in fine. Et de Comite virtutum,Domino Mediolani, Ang.in conſi.217. In cauſa accuſationis.col.2.Et vide pulchrè per Brun.conſil.45. col.pen.Pariſi.conſi.1.nu.66.li.1.Et conſilij Caſtrenſi prænotati meminit Alex.conſi.11.col.3.lib.7.& ibi nonnulla addidi. & Rui.conſi.130.col.fin.lib.5.& conſil.187.col.pen.lib.2.& Fel.plenè ad c.quæ in eccleſiarum.col.13.& tenet cum prędictis Alex.conſi.15.col.2.infra eod.

†.8 Validat actum.] Vide de confirmatione facta in forma communi Alex.conſi.123 colum.6.ſupra lib.4.Dec.conſi.516.colum.3.& in dubio videtur facere ex certa ſcientia Dec. conſilio 534.col.2.

†.9 Ipſa maior vniuerſitas.] Maior vniuerſitas feudi penes vnũ, ſed particularia feuda penes alium,qua de re tradit Alexan.& etiam recentiores interpretes ad l.3. C. vnde legit.Feli.ad c.quæ in eccleſiarum.col.27.de conſti. Natta.

AD CONSILIVM III.

†.1 Ex capite ignorantiæ.]Conſule Afflictum,qui dicit hanc ſententiam communi Doctorum aſſenſu receptam eſſe Deciſione. 37.col.2. Natta.

AD CONSILIVM IIII.

†.1 Tributa debent.] Vide his de rebus, & ſimilibus Dec. conſi. 285.& Soc. latè conſilio 207. libro 2.Iaſ. ad l.1.colum.6.& ſeq. C. de iure emphy. Et qui penſionem habet ſuper prouentu vel reditibus beneficij tenetur pro rata ad charitatiuum ſubſidium Dec.conſilio 56. colum.1.& de præmiſſis Ruin.conſilio 67.lib.1.

†.2 Prout ſunt tributa.] Sequitur Iaſ.conſi.109.in fi.lib.1.Ripa lib.2.reſponſorum conſi.22.nu.16.

†.3 Annuatim ſoluere debeat.] Quòd feudatarius ſoluere debeat datia, & collectas. Bald. tradit ad c.1.§.1.per quos fi.inueſtit.quem alleg.Alexan.ſupra. quòd non teneatur, cenſuit Iacobin.in tract.de homag. colum. penult. Parpalia dicit ſe non determinare ad l.placet. colum.21.C. de ſacroſan. eccleſ. ſed Baldum ſequitur Iaſ.ad l.1.colum.7.C.de iur.emphyt.& pro feudatarijs Brunus conſilio 103.colum.2.Afflic.in d. c.1.not.6.per quos fi.inueſt.ait, quòd feuda, quæ habent vaſallos non patiuntur collectam,ſecus ſi conſtant domibus & agris, ita vt de his ſoluatur certus reditus, quia æquiparantur emphyteoſi, vt latè per eundem Afflic.ad tit.quæ ſint regalia.in verbo.Et plauſtrorum. quo loco ponit infinitas propè quæſtiones. Vide Crauet. conſilio.293.colum.antepenult.6.& 7.fundamento.Lucam à Penna ad l. fi. q.3. C. de fund.limitroph.& Soci.conſil.217.col.1. lib.2.

†.4 Adhuc minus eſſet dicendum.] Quidam hac de cauſa volunt emphyteotam ſoluentem penſionem in recompenſationem fructuum non teneri ad collectas, ſed dominum. quibus illud obſtat, quia & ſi maritus lucretur fructus dotis pro oneribus matrimonij.l. pro oneribus. C. de iure dot. tamen tenetur ad collectas, nec eas ſoluto matrimonio imputat mulieri. l. neque vbi Bartol. ff. de impenſ.in rebus dot.fact. Alberic.quoque tangit in poſterioribus ſcriptis in tractatu de ſtatu. exclud.fœm. 8.art.princip.quæſtio.22.& vide Alexand.conſil.101.colum. penult.libro 1.& de conſuetudine regionis emphyteota ſoluit, ſecundum quam videtur contractus initus & celebratus,l. licet. & l.excepto.C.locati.& quæſtionem tractat. Rui. conſilio 67. lib.1.

†.5 Et cultura fundi.] Adde quòd expenſa æſtimatur tempore, quo fit rei reſtitutio, vt per Alexand. ad l. domos hæreditarias. ff. de leg.1.vbi reputat animaduerſione dignum,& obſeruatione,quia quotidie vſu venit, Rui. conſilio 14. dub.2.lib.1. Natta.

AD CONSILIVM V.

†.1 C. de vſur.] Licet aliquid præſcribi non poſſit poteſt tamen

præscribi soluendi modus, Fel. ad c. cum ex officij. col. 4. versi. limita 1. de præscrip. & ibid. col. 7. versi. limita 7.

†.2 Aut solui.] Quod nihil sit soluendum tenet Rui. consil. 10. col. pen. lib. 1. quæ res maximè procedit in diuisione, vt ibidem per eum.

†.3 Quandoque minus.] Hoc facit ad quæstionem, an qui soluit annis 30. annuum debitum moneta currente tempore cuiuslibet solutionis, an intelligatur præscripsisse, si intra dictũ tempus sæpius contigerit variatio monetæ, de qua re Hostien. in tit. de censib. §. ex quibus. Signor. consi. 74. quæstio talis proponitur. Cor. consil. 180. Visis nonnullis. libro 2. Et ad confirmationem Bar. in d. l. 2. facit quod Hosti. scribit in titu. de consuet. §. fin. in fi. quòd consuetudo non debet incerta esse, & obscura, sed certa, & clara, ad exemplum legis, quam imitatur. 4. dist. c. erit autẽ lex. c. fi. de consti. Vide Alex. infra col. 5. Et dicit Bal. consil. 24. subtiliter lib. 4. quòd in difformibus non cadit consuetudo, neque præscriptio, neque certa præsumptio. l. Seia. §. medico. ff. de an. leg. l. 1. C. de contrah. & commit. stip. per Cynum.

†.4 Debetur, vt ibi.] Pro hac re Dy. ad l. qui concubinam. §. cum ita. el primo. ff. de leg. 1. quòd mercenario si quis promisit soluere eam, quam alij dabunt mercedis quantitatem, si vario modo solutum fuit, debetur id, quod est minus, vt tenet Guido Papæ qu. 252.

†.5 Propter iuramentum iuri can.] Sequitur Fel. ad c. ecclesia sanctæ Mariæ. col. 28. de constit. huiusque rei illa etiam ratio est. quia ecclesiasticus potest cognoscere de feudo, si non seruatur iuramentum. Ias. consi. 9. lib. 3.

†.6 In suo robore.] Facit, quia ex varijs, & difformibus præstationibus non inducitur consuetudo, Bart. & Bal. ad l. solent. §. non verò. ff. de offic. Procon. Bal. ad l. si certis annis. C. de pac. vbi & Dec. & ponit etiam idem Dec. consi. 215. & vide eundem ad d. §. temporalis.

†.7 In d. l. aduersus.] Idem dicit Spe. in tit. de censibus §. fin. in fi.

†.8 Vltima consuetudo.] Lege omnino Bald. ad l. binos. C. de ad noc. di. iudi. in oppositum eorum, quæ hic ab Alexandro dicuntur. Et dicit idem Bald. ad l. si mater. C. ne de statu def. per illum textum cum gl. & per textum in d. l. Mella, quòd beneficium curatum si nunc regitur vt simplex, habet pro non curato, & quòd vltimus, & præsens status attendatur. Plura ponit Fel. ad c. eam te. col. fi. de rescrip. Et quòd nulla differentia sit inter solitum, & consuetum, vide latè Dec. ad rubr. de consuet. col. fi. quo in loco optimè diluit argumentum, quod ex d. l. Mella deducitur. & scribit idem Dec. ad l. certi conditio. §. si nummos. 4. not. ff. si cer. pet. Et vltimam inspici consuetudinem scribit Dec. ad l. semper in stipulationibus. 2. not. ff. de regu. iur. vbi scribit consuetudinem contrahentiũ prius inspici, quam regionis. qua de re etiam scribit ad l. nemo. §. tẽporalis. ff. de reg. iur. Rochus ad c. fin. car. 16. de consue. Vide de vltimo statu Afflic. Decisione 305. & Alexan. consi. 223. col. 1. lib. 2. vbi allegat d. l. Mella. & consi. 163. col. fin. lib. 7. Vnus homo solitus aliquid facere.] Hanc responsionem adfert Fel. ad c. cum accessissent col. 15. de consti. vbi latè ponit de intellectu gl. in d. §. temporali.

†.9 Non dicitur extensio.] Vbi per omnia est eadem ratio, non dicitur fieri extensio, Idem dicit Abb. ad c. nihil. col. antepen. de elec. Natta.

AD CONSILIVM VI.

†.1 In huiusmodi feudis.] Adnota, consuetudinem debere probari, vt scriptum Decius reliquit consi. 389. Vbi pariter consuluit in feudo comitatus defendẽdo primogenitum. Et quod pertinet ad eandem consuetudinem, scias consuetudinem non esse probandam generaliter, sed in casu, de quo agitur, vt testatur Crau. consi. 96. nu. 4.

†.2 Possint illud diuidere.] Nota quod consuetudo inter viuos diuidendi, non trahitur ad diuisionem factam à patre inter filios in testamento. Confirmatur, quia nec licentia data à domino de alienando per verba importantia contractum inter viuos, extenditur ad alienationem factam in vltima voluntate. Soci. consilio 19. colum. 5. lib. 1. Et id, quod Oldradus dicit, sequitur Feli. ad c. auditis. colu. 8. de præscrip. & facit consi. Petri Anch. 339. col. 4. Et quòd consuetudo alienandi certo modo feuda, non extendatur ad alium, tradit Cur. in Feud. 2. par. princ. q. 6. fol. 14. vbi latè. Natta.

AD CONSILIVM VII.

†.1 Aliud autem feudum.] Hanc partem, videlicet feudum non posse diuidi conuasallo contradicente, tenet Abb. consi. 82. col. pen. lib. 1. ponderando tex. in d. §. præterea per arg. à contrario sensu. tamen opinio Alex. hic videtur verior, quam pulchris rationibus confirmat etiam Soc. consi. 165. versi. circa materiam, lib. 2. & consil. 278. dub. 2. eod. lib. Et de hoc articulo vide quæ tradit Fel. ad c. quoniam in ecclesiarum. col. pen. de constitut. & ad ca. prudentiam. colu. 2. de offic. deleg. Vide etiam latè Cur. consi. 79. incip. Dominus Ioannes. & Iasonem plenè ad l. stipulationes non diuiduntur. col. 20. ff. de verb. oblig. & Alex. ponit consi. 30. dub. 1. lib. 6. De prædictis etiam tangit Rui. consi. 29. dub. vltimo lib. 5. Et vtrum possit fieri diuisio per separationem subactorum subditis inuitis, Crauet. no. consi. 318. Ioan. Bapt. à sancto Blasio inter consilia Bruni consi. 66. Et potest fieri diuisio irrequisito domino, etiam si feudum nouum in totum vni applicetur, Ruin. latè consi. 10. lib. 1. Et de materia latè Rui. consi. 29. dub. vlt. lib. 5.

†.2 Irrequisito domino.] Idem Alex. dicit consi. 25. col. pen. infra eod. lib.

†.3 Pro parte.] Vno hærede nõ soluente, tota emphyteusis committitur, Bar. ad l. fraudati. ff. de Publici.

†.4 Propter suspicionem.] Vide 33. specialia ratione scandali per Fel. ad c. nihil. de præscrip. col. 1. & sequ. Rom. ad l. si vero. §. de viro. 7. Fallen. Dec. consi. 151. nu. 6.

†.5 Ad sequestrationem.] Debet de hoc constare citata parte, Dec. ad l. fin. col. 5. C. de edic. diui Adria. Comprobo hoc quia vbi permittitur aliquid cum qualitate, debet de tali qualitate constare. l. si fortè, vbi Bart. ff. de castren. peculio. Ioan. Andr. in addimentis ad Spec. ad Rubr. de rebus ecclesiæ non alienandis. Itẽ quòd sequestrum regulariter prohibeatur, & quibusdam casibus permittatur, pro reg. præsumitur, vt per gl. in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. & in Rubr. eod. tit. in 6. & certa res dicitur esse pro eo, quod regulæ innititur, Bart. ad l. 2. ff. si quis in ius voc. non ierit. Natta.

AD CONSILIVM VIII.

†.1 Rem alienatam.] Vtrum præsens alienationi rei prohibitæ alienari, sibi præiudicet, vide Crotum ad §. Diui. car. 10. post Alex. Natta.

AD CONSILIVM IX.

†.1 In c. 1. de eo.] Adnota hunc textum vbi hæc verba leguntur. Non enim patet locus fœminæ in feudi successione donec masculus superest ex eo, qui de hoc feudo primus fuerit inuestitus,

†.2 Quòd bona ecclesiarum.] Adde Petrum Anch. consi. 434. Postquã ista domina. & consi. 124. Visis in pen. col. & Pau. Cast. consi. incipiente, Præsupposito. in fi. Hanc eandem opinionem tenuit Fel. ad c. quæ in ecclesiarum. in fi. de consti. adducens hæc consilia. Facit ad rem illa ratio, quia emphyteuta ecclesiæ cõuentus à laico super vtili dominio, non potest nominando dominũ declinare iudicium, Abb. ad c. frequenter. §. in alijs. col. 9. versi. quæro quid intendit litera. Vt lit. non contest. quæ facit ad rem, quia statutum disponens quod consors vel coniunctus rem venditã redimere possit, cessat in rebus emphyteoticis ecclesiæ, secundũ Bald. quem Ias. refert consil. 152. col. fi. lib. 4. Et huic Alexandri sententiæ concinit Barb. latè disserens, consi. 14. lib. 1. quo in loco etiam adducit consilium Pet. Anch. quod etiam sequitur Soc. inter consilia Bru. consil. 7. col. 2. inferens, summum Pontificem non posse vtile dominium feudi ecclesiastici auferre laico de plenitudine potestatis. Et comprobantur hæc optimè ex his, quæ scribit Rui. cõsi. 4. li. 1. vbi etiam facit mentionem Ancharani, & adducit optimum consilium Baldi, & confirmat ex dictis eiusdem consi. 195. col. 2. li. 3. ad confirmationẽ eorũ, quæ hic Alex. dicit Bal. consi. 9. col. pen. versi. surgit nouũ dubium. lib. 1. Adde his quæ tradita sunt à Tiraq. in trac. de Retrac. car. 285. nu. 8.

†.3 Concernente.] Facit ad rem illa ratio, quia interesse ecclesię est separatum à iure laicorum. ideo fratres clerici tenentur ad onera

onera licet non teneatur ipse clericus, quia sumus in diuiduis, ita Dec. in auth. Cassa. colu. 2. de sacrosan. eccles. Atque faciunt ad quæstionem, an emphyteota ecclesiæ teneatur ad collectas. de qua Ias. ad l. 1. col. 7. C. de iure emphy. Et cum Alexandro. hic tenet Curt. in tract. consuet. fol. 23. col. 2. & fol. 32. col. 4. Huc accedat, quòd si statuto caueatur, vt conducens molendinum, siue trapetum aut torcular olearium, soluat tantum communi pro gabella, laicum comprehendit etiam si conducat molendinum ecclesiæ, ita Baldus respondit consi. 496. Punctus. qu. lib. 4. Infra versic. Nec prædictis. ad ea verba. natura illius copulæ.] Contra Alexand. consuluit Dec. consil. 208. dub. 1. & cum Alex. tenet Ruin. consil. 9. col. 2. lib. 1. sed contra tenuit idem Ruin. consil. 16 lib. 1.

†.4 Quantitate frumenti.] Quòd feuda empta, & pro quibus annua soluitur pensio sint feuda, vide Ias. consil. 117. col. 5. & seq. lib. 4. & Brun. latè consi. 41. dub. 2.

†.5 Eius sorores.] Poterat allegari textus in c. 1. §. prætereà. quibus mo. feud. amit. vbi dicitur, quòd si ille, ad quem feudum per successionem de iure obuenire debet, consenserit eos inuestiri, ad quos secundum morem, vel ordinem rectum non pertinet, ad ipsum repetendum nullo modo regressum habet. de quo textu, & de alijs in proposito scribit Ias. cons. 107. lib. 4. Dec. consi. 389. col. 3.

†.6 Et hoc saltem.] Nota ad ea, quæ ponunt recentiores Iurecons. in explicationibus ad l. admonendi. ff. de iureiuran. & ad de Card. consil. 11. singulariter. col. 1. & Dec. consi. 63. dub. 2.

†.7 Ex latere patris.] Sequitur Dec. consi. 444. col. 2. vbi ex hoc infert, quòd vbi vnum vinculum est impertinens, duo vincula non stringunt fortius. Natta.

AD CONSILIVM XII.

†.1 Datur in alijs rebus.] Hanc Baldi decisionem sequitur Alex. consil. 117. col. fin. lib. 6. & idem sentit Ang. ad l. si pater col. 3. versi. restat videre C. de instit. & substit. quia legata in loco æris alieni, quod legatarius soluere non tenetur. l. quoties. C. de hæred. instit. Et intellige prædicta vbi hæreditas est soluendo alias fit detractio de legatis pro rata, vt per Bart. & Doct. ad l. in quartam & dictam decisionem Baldi amplectitur Ias. ad l. filiū quem habentem. col. 8. Alex. ad l. Marcellus. §. res quæ. col. pen. ff. ad Trebel. Ruin. consi. 27. in fi. lib. 1. Natta.

AD CONSILIVM XIII.

†.1 Feudum antiquum.] Vide de his renunciationibus, & de Baldi dicto hic adducto Ias. consil. 7. lib. 3. & consil. 64. dub. 1. lib. eod. Et adde ꝙ renunciatio facta in manibus domini non præiudicat agnatis, Dec. consi. 390. col. 3. & consi. 395. & latè de articulo Rui. consi. 1. per totum, lib. 1. De hoc etiam scribit consil. 7. col. penul. lib. 1. Vide Alex. in l. qui Romæ. §. duo fratres. col. pe. ff. de ver. obl. & Bru. consi. 78. & latius consi. seq.

†.2 Absque alia.] Contra tenet Ias. consi. 56. lib. 3. per totum. tenens quòd in feudo hæreditario renunciatio patris non obsit filio. quamobrem vult quòd viuo patre filius feudum alienatum reuocet reddito pretio, nec sit expectanda mors patris quia non expectanda conditio, cuius euentus nihil operaretur. l. aliquando. §. fi. ff. ad Velleian. sed hæres reuocaret. Verum Rui. consi. 7. col. pen. lib. 1. tenet oppositum, quòd siue feudum sit hæreditarium, siue non, renunciatio patris obsit filijs hæredibus, reiecta distinctione Alex. hic. Natta.

AD CONSILIVM XIIII.

†.1 De qua consuetudine.] Sequitur Dec. consil. 284. col. 5. & Alex. idem tradit ad l. vni. col. 1. C. vt quæ desunt aduoc.

†.2 Bald. & Sali.] Baldus ibi dicit, non posse fieri contractum in præiudicium superioris.

†.3 L. eum qui, & ibi Bald.] Nota quòd qui contrahit, obligatur proprio nomine, licet gerat animo conuertendi in vtilitatē non suam, sed tertij. hic est casus quotidianus in d. l. eum qui. secundū Baldum ibi.

†.4 Quantum ad effectum.] Rem hanc latissime pertractat Ias. ad l. quandiu. col. 1. C. qui admit.

†.5 Aduersario.] Aduersatur illa ratio, quæ habet, quòd dubitās æquiparatur scienti quando cum alio contrahit ex quo debet explorare, Bal. ad c. 1. §. personam. per quos fiat inuestit. Quamobrem Alexander hoc præuidens vtitur illa respōsione, quam subijcit, ꝙ licet B. fuerit in aliqua culpa non inuestigando, tamen dolus Ioannis in tacendo præponderat.

†.6 L. 1. versi. dolum.] Nota ꝙ quis non debet esse minimè credulus, ita est tex. in d. l. 1. vbi Ias. ad hanc regulam plura aggregat.

†.7 Ascribitur dolo.] Præsumitur dolus contra tacentem, nec certiorantem alium de beneficio sibi competenti, Paul. Cast. consi. 411. col. 2. lib. 2.

†.8 Se nolle teneri.] Vide pulchre per And. Sic. consil. 56. dub. 1. li. 2. vbi ponit quòd nullo modo, nec per verba obscura & generalia licere emptori decipere venditorem, nec econtrà.

AD CONSILIVM XV.

†.1 Per aliqua verba.] Verba enunciatiua Principis an probent feudum vide Crauet. consi. 276. col. 1. vbi sequens Alex. hic adducit concordantes auctoritates. Et idem ponit Prep. post Ioan. And. quę adducit, ad c. 1. de grad. succes. in feud. colu. 2. & Alex. hic sequitur Rui. consi. 108. nu. 20. lib. 2.

†.2 Ex certa nostri scien.] Alexander hic videtur velle, quòd clausula. Ex certa scientia. operetur præsumptionē scientiæ ita quòd aduersario incumbat onus probandi ignorantiam. & ita adducit Dec. ad l. in totum omnia. circa fi. ff. de reg. iur.

†.3 De facto superiorem.] Attamen licet præscripserint, reseruata imperatori subsunt Imperio, quia libertatē à subiectione præscribere non possunt, Dec. consi. 307. col. 3. loquens de communi Senarum.

†.4 In hoc præiudicare.] Sequitur Ias. consil. 64. col. 3. lib. 3. de quo per Dec. consi. 269. & consil. 390. col. 3. & consil. 395. & cons. 445. col. 6. Idem dicit Imo. ad c. ex parte. col. pe. vers. Iuxta prædicta potest quæri. de feud. & plura adducit Curt. iun. consi. 138. col. 1. li. 1. & ibi col. 7. limit. in feud. hæreditario.

AD CONSILIVM XVI.

†.1 Sunt in archiuio.] Idem tenet Alex. in auth. si quis in aliquo. C. de eden. col. 3. versi. sexto fallit. & Soc. consi. 187. col. 9. li. 2.

†.1 Puto posse.] Has duas responsiones ad d. l. refert Socin. in com. ad l. 2. in 1. no. ff. sol. mat. & eas conatur euertere. tamen si quis rectè consideret, potest Alex. facilime defendi.

†.2 In re comp.] Latius Ias. consi. 154. col. 1. lib. 2. Natta.

AD CONSILIVM CLXIII.

†.1 Quia ille.] Item tunc requiritur, quòd fructus dilapidentur vt habetur in d. §. fi. ad quem hoc vult Ang. & consentit Imol. & latè Cur. in trac. de sequestris col. 2. versi. 3. fallit.

†.2 De debito.] Contrarium tenet Abb. ad c. 2. in fi. de sequestra. posses. quia si duo testes sufficiunt ad debitum principale probandum, ergo multo magis ad sequestrum. Et abbatem sequitur Alexand. ad l. si fideiussor. §. fi. ff. qui satisd. cog. Dec. ad l. pactum. quod bona fide. C. de pac. Fel. ad c. examinata. col. 8. de iudic. Et Bar. reprobat etiam Imo. ad l. Imperatores. §. fi. ff. de appel.

†.3 Quia vult.] Istud tenent ibi etiam Cy. Bal. & Sal. ad d. l. 1. & Azo in summa illius tituli. Raph. Comens. consi. 61. Pet. hæres. & ratio est, quia legatarius nil facit mali si apprehendit possessionem cum titulo, nec hæres potest conqueri, quia nondum habebat aliquod ius hæreditate non adita. & ideo dicit ibi Bald. istud esse notandum pro vxoribus, quibus mariti aliquid legant, vt statim occupent legata ante aditam hæreditatem, quia nõ tenebuntur restituere, nisi immineat Falcidia. Vide de istis Dec. consil. 243. Et cum prædictis concordat Ias. ad l. non dubium C. de leg. Et post aditam hæreditatem, & nondum apprehensam possessionem per hæredem, potest legatarius capere possessionem rei legatæ gl. Bart. Pau. Cast. & Ias. ad d. l. non dubium. Bart. ad l. 1. ff. quo lega. Cor. consi. 140. Circa hanc consultationem. in fi. li. 1. In contrarium adduco Ang. ad l. 1. C. quorum legatorum. Et idẽ quòd Ang. sentit Bal. & Sal. ibid. Sed primam opinionem tenet Ias. ad l. si ex stipulatione. ff. de acqu. pos. & Alex. hoc eod. cons. supra vers. postremo non obstat. Natta.

AD CONSILIVM CLXIIII.

†.1 Iudex.] Istud idem dicit Alex. consi. 96. col. 2. lib. 2.

†.2 Locus iudicij.] Rationem ponit Alex. infra. col. 2. vide Bru. consi. 31. in fi. vbi etiam de pœna.

†.3 Debeat sequi.] Vbi est diuersa consuetudo litigantium, quia vna actoris, alia rei: vel alia litigantium, alia loci iudicij, quæ præualeat, vide Alex. consi. vlt. col. 2. lib. 7.

†.4 Seruabitur locus.] Tamen Ias. ad l. ius autem ciuile. col. 1. ff. de iust. & iur. dicit quòd delegatus in modo procedendi non tenetur seruare statuta loci: tamen opin. Alexan. videtur verior, & plausibilior, vt per Alexan. & Dec. ad l. solet. ff. de iuris. om. iud. Rui. consil. 82. lib. 5, Et quòd delegatus principis non teneatur seruare ordinem iudiciarium, sicut nec Princeps, tradit Rui. consi. 60. nu. 14. lib. 5. Natta.

AD CONSILIVM CLXV.

†.1 Quasi in proprijs term.] Et istud etiã late prosequitur Alex. ad d. l. iuris ignorantia. C. qui admi. vbi limitat, nisi rustico non fuerit integrum consulere peritiores: quia in his etiam, quæ sunt inducta ad rigorem iuris conseruandum restitueretur, per clausulam, si qua mihi causa, &c. Natta.

AD CONSILIVM CLXVI.

†.1 Nunquam potest enim.] Nota regulã, quòd actus voluntarij

non extenduntur ad aliud. quam regulam ponit Bart. ad d. §. altero. iuribus per eum adductis. tu adde tex. in l. voluntatis. C. de excus. tut. Facit ad rem quod vult gl. & ibi Doc. ad l. non dubiũ. C. de testa. quòd qui soluit partem indebiti, etiam scienter, non tenetur soluere reliquũ. Sequitur Fran. Aret. consi. 91. in fi. Voluntas, quæ ex facto colligitur, tacita videtur, ideo secundũ qualitatem facti limitatur. Quod autẽ verbis fit, dicitur expressum, extenditur, gl. no. ad cle. sæpè. in verbo partis, de ver. sign. cum alijs concordantijs adductis per Decium ad l. non vult hæres esse col. pen. ff. de reg. iur. Et quòd expressum facilius extendatur quàm tacitum, dicit Bal. ad l. 2. col. 2. C. quæ sit longa consue. & d. gl. ad cle. sæpe. quæ loquitur in actibus iudicialibus, sequitur Ias. ad l. quæ dotis. col. pe. versi. 9. casus. ff. sol. mat. Dec. ad c. dilecti. 2. no. de appel. Natta.

AD CONSILIVM CLXVII.

†. 1 Per legem, bonorum.] Adde Abbat. ad c. accedens de præben. Natta.

AD CONSILIVM CLXX.

†. 1 Potest illa.] Verba instrumenti intelliguntur, saluis suprascriptis, vt vult Alex. consi. 21. col. 2. lib. 7. & saluis infrascriptis secundum Bar. ad l. fi. §. idem quæsijt. ff. de lib. leg.

†. 2 Dixerunt.] Istud idem vult Bar. ad l. de ætate. col. 3. ff. de minor. ponunt recentiores ad l. 1. ff. si cer. pet. Natta.

AD CONSILIVM CLXXII.

†. 1 Pluralitas nominum.] Adde Bart. ad d. l. demonstratio falsa q. 6. ff. de condi. & demon. Natta.

AD CONSILIVM CLXXIII.

†. 1 Quod communis.] Communis opi. fortior est quàm fama. Bal. ad l. ea quidem. col. pe. C. de accus. Spe. in tit. de no. crim. §. sequitur. ver. 1. & 2. Et quid sit communis opi. & de eius probatione, Spe. in ti. de prob. §. 1. versi. illud autem sciendum.

†. 2 Ad hoc vt probetur.] Hæc eadem de probatione famę ponit Dec. ad c. 1. col. pe. de appel.

†. 3 In lege, proprietatis.] Adde prædictis, quòd testes de fama debent esse optimę opinionis, secundum Dec. ad c. primum col. pe. de appel. vbi infert ad statutum disponens stari iuramento damnum passi, vt iurans debeat esse optimæ opinionis.

†. 4 Iurisdictionem.] Contra facit, quia licet Clerici non possint statuere aduersus ius commune, tamen consuetudinem possunt inducere, Fel. latè ad c. quòd super his colu. 1. de maio. & obed. & pro confirmatione eius, quod hic scribit Alex. facit quia, vna familia non potest inducere consuetudinem, nisi habeat imperium, & sic ius statuendi, vt pulchrè per Alex. ad l. si non speciali. col. 2. C. de testa. post plures Doctores, quos allegat. Opinio verò Alex. videtur esse de mente Inn. ad c. cum accessissent. de constit. vbi formaliter inquit, quòd vniuersitates, quæ habent iurisdictionem, possunt facere statuta super omnibus quæ ad iurisdictionem suam pertinent, sicut & consuetudinem inducere possunt. ff. de legib. l. de quibus. Et de prædictis vide Ias. ad l. omnes populi. in euidentialibus. ff. de iusti. & iur. & in 1. q. Bar. vbi latè tangit, & eundem ad d. l. de quibus. 3. not. col. 8. & opinionem Alex. amplectitur Marian. consil. 7. col. 3. lib. 1. inter consi. Soc. & est de mente Bartoli ad d. l. omnes populi. q. 1. prin. Natta.

AD CONSILIVM CLXXVI.

†. 1 De peric.] Melius probat text. in l. 2. C. de peric. & com. rei vend.

†. 2 Lege prima, & 2.] Isti textus loquuntur in sententia: quamobrem fit mihi verisimile Alex. voluisse allegare l. 1. & 2. C. res inter al. acta quæ iurã melius probant. Et quòd confessio vnius non præiudicet alteri, tradit Rui. consi. 147. num. 13. lib. 1. Afflic. decis. 150. nũ. 35. Natta.

AD CONSILIVM CLXXVII.

†. 1 Sequitur Bal.] Oppositum tenet Bal. ad l. emptor. C. de præscr. long. temp. Natta.

AD CONSILIVM CLXXVIII.

†. 1 Quo ad alimenta.] Nota quòd potest fieri donatio alicui & filijs ex eo nascituris, Guido Papæ q. 267. Et quòd legatum factũ familiæ, intelligatur de filijs nascituris, tradit Ias. ad l. fi. C. de ver. sig. Legando autem filijs vtrum veniant nati post mortem testatoris, seu post testamentum conditũ vide Alex. consi. 37. in fi. supra eod. lib. dum allegat. l. qui in filiabus. ff. de leg. 1. Et Guidonem sequitur Dec. consi. 225. col. 2. & consi. 578.

†. 2 In domo.] Hoc procedit, etiam si simpliciter alimẽta fuissent legata, quia intelligitur in domo testatoris, vt Alex. hic declarat, in fi. consilij.

†. 3 Alimenta.] Communis * opin. est contra Alex. quòd legatarius habere debeat alimenta extra domum, Crauet. consil. 205. in prin. Ias. ad l. cum hi. §. vult igitur. circa fin. de trans. Natta. Et mox inquit Alex. Facit quod no. Bar.] Bar. ibi vult, quòd quando testator legat aliquid, intelligatur de eo, quod erat in eius patrimonio, sequitur Dec. consi. 653. col. 2. Natta.

AD CONSILIVM CLXXXI.

†. 1 Quod transacta sententia.] Facit, quia idem in procuratore, vt post sententiam, immo post litem contestatam præsumatur habuisse mandatum, nisi aduersarius contrarium probet, vt plenè prosequitur Alex. ad d. l. licet. C. de procurat. vbi meminit huius dicti Inn. ad d. c. Innotuit. Natta.

AD CONSILIVM CLXXXII.

†. 1 Si non totum.] Vide Alex. ad rubricam. ff. de re iud. col. fi.

†. 2 In c. cum contingat.] Felinus ibi col. fin. quæstionem pertractat, & hoc discutit. Natta.

AD CONSILIVM CLXXXIII.

†. 1 In totum.] Hac de re latè Fel. ad c. cum Io. col. 7. de fid. instr.

†. 2 Pili nigri.] Sp. in ti. de libel. concep. §. quid sit libellus. in forma non ponit in petitione equi nisi vnam demonstrationem talis pili. Natta.

AD CONSILIVM CLXXXIIII.

†. 1 Nec etiam.] Colono non competit interdictum, vnde vi. l. 1. §. deijcitur. ff. de vi & vi arma.

†. 2 Et in l. rem, quæ nobis.] Bar. ad d. l. rẽ, quæ nobis dicit, quòd quando aliquis habet ius in re, vt creditor, habet locum condictio incerti. d. l. & ideo. §. fi. sed si possidebat tantum, habet condictionem triticariã. l. 2. ff. de tritic. vel condictionẽ ex lege, si coloni. C. de agric. & censit. quandoque conditionẽ indebiti. l. indebiti. §. sed si nummi. ff. de cond. indeb. Quãdo aũt habetur sola detentatio, vt in cõmodatario accidit, & depositario, tunc illis succurritur actione in factũ vel officio iudicis. l. & non tantum. ff. de pet. hær. l. manifestissimi. §. sed cum in secunda. C. de fur. Ego cum quidã colonus nomine Vliuus Bigerna egisset ad restitutionem fructuũ contra tertiũ, qui illos collegerat suo nomine, consultus, Vpachij, & Stabiellarũ Comiti respondi, actionẽ furti colono competere, per no. per Bar. ad l. si apes. ff. de furt. & cõpetere saltem colono officiũ iudicis, quia vbicunque aliquis locupletat' ex re mihi debita, seu ad me pertinente, sine iusta causa, cõpetit officiũ iudicis. dic no. Hosti. & Io. And. ad c. bonæ. ij. de appel. Alex. ad l. si me & Titiũ. in fi. ff. si cer. pet. Et petenti iustitiam ministrari, iudex impartiri potest officiũ suum non petitum, Abb. ad c. fi. in fi. de iureiur. Quidam dicunt, ꝙ colonus nõ facit fructus suos donec sint repositi in horreo, quę opin. est contra textum in l. si apes. §. 1. ff. de fur. & cõtra id, quòd Bal. & Sal. censent ad l. 2. C. de act. emp. Allegat pro contraria opi. Fulg. ad l. ex cõducto. ff. loc. vbi vult, quòd si frumenta in area nondũ potuerunt excuti, & immissum sit incendiũ, teneri locatorem ad remissionem mercedis, quia non potuit colonus re conducta frui. Pro prima opi. vide Bar. ad l. ex diuerso. col. 2. versi. sequitur alia diuisio. ff. de rei vend. Vide hac de re etiam Bal. ad c. quæ in ecclesiarum. col. 4. versi. sed statim. & ad c. 1. circa fi. de pace tenen.

†. 3 Vt not. Inn.] Allegat tex. in l. seruit. §. incorporales. ff. de acquir. rer. domi. & l. datio. §. si iter. ff. de actio. empt. Et quæritur possessio, si quis vtatur illo iure patientibus his, qui possident, vel quibus præiudicium generatur. l. si ego. §. 1. de publi. l. quoties. de seruitut. ita sentit Inn. ad d. c. in literis. Natta.

AD

AD CONSILIVM CLXXXV.

†.1 Notanter dixit Bal.] Nota pro vxoribus vt possessionem vacantem apprehendant, vel vbi adest precarium. qua de re Dec. consi.232.col.1.& 349. in fi.& ad l. dotis. C. de collatio. vbi vult quòd requiratur animi declaratio. Et adde quòd hæc declaratio semper fieri potest contra hæredem, quia precariũ afficit hæredem passiuè. l. cum precario. §. 1. ff. de precario. Et istud de constituto confirmo etiam ex his quæ Aret. tradit consi. 21. dub. 3. Non tamen potest vxor virtute pacti executiui de intrando propria auctoritate ingredi, nisi post liquidationem, quòd euenerit mors mariti, & casus dotis restituendæ Aret. consil. 32. dub. 1. Soc. consil.82. colum. 2. lib. 3. Et debet accipere possessionem antequam hæres apprehendat: Dec. consil. 400. col. 2. & ibi dicit quòd requiritur declaratio animi, quando vxor habitabat cũ hæredibus familiariter, sicut viuo marito faciebat. Vide Dec. consi.671. dub.2. vbi vult quòd mulier non capiat possessionem fundorum dotalium, nisi ratione hypothecæ, vel præueniendo hæredem, vt ibi latius. Et de his etiam vide Ias. ad l. si non sortem. §. si centum. in fin. ff. de condi. indeb. & Gramma. decis. 91. colum.4.

†.2 Vtilis actio.] Licet vtilis actio quæratur. Notario stipulante alteri sine cessione, tamen dominium, & possessio non quæritur nisi secuta ratihabitione, ita Soci. ad l. 1. §. si iusserim. in fi. ff. de acqui. possess. Et videtur mihi esse de mente Bart. ad l. nec enim. §. 1. ff. de adoptione versicul. sed quid si tabellio. Idem est à Pau. Cast. traditum consilio 195. Visis his, quæ narrantur. dub. 2. libro 2.

†.3 Glossa est sing.] Hanc gl. ad d. c. quoties allegat Ang. Are. ad §. cum autem. Instit. de adop. quòd pro pauperibus, & pio loco quis possit etiam directo stipulari.

†.4 Bal. in l. matres.] Et istud ibi sequitur etiam Pau. Cast. & subtiliter more suo loquens Angelus Gambilioneus Are. ad §. fi. Insti. ad Tertul. Abbas, & Dec. ad c. ex parte. col. 2. de appel. & idẽ tenet Abb. consi. 90. lib. 2.

†.5 Quod infra annum.] Contrarium verius videtur ex mente Bar. consi. 74. Viso puncto ipsius. col. 2. li. 2. Cor. ad l. sciant col. pen. C. de legi. hæred.

†.6 Iuxta gl.] Istam gloss. sequitur Fulgos. consi. 138. Visis in fin. Soc. consi. 153. col. pen. & Sali. ad d. l. sciant col. 2. versi. quæro iuxta hoc, quid si mater. Et opinionem gloss. videtur etiam tenere Bald. ad l. cum iure per illum text. C. qui per tut. Sed quòd d. gloss. non procedat nisi vbi mater renunciasset tutelæ, vel aliter esset exclusa, tenent Bald. Ang. Pau. Ca. & Sal. ad d. l. matris. sed glossam indistinctè tenet Bartol. ad l. 2. colum. 2. ff. qui pet. tut. Natta.

AD CONSILIVM CLXXXVII.

†.1 Pro parte actoris.] Hoc late tangit Ias. ad l. 1. ff. de offic. assessor. Natta.

AD CONSILIVM CLXXXIX.

†.1 Propter adulterium.] Sed quid iuris in vidua stuprum committente? dicas quòd idem, Fel. ad c. pastoralis. col. 4. de iudic. & Pau. Cast. consil. 147. Reuocatur in dubium. lib. 2. & Ias. ad l. 2. col. 2. ff. sol. mat. & vide Alex. consil. 207. col. 2. & 5. eod. lib. & Ias. ad l. fideicom. C. de fideicom. Dec. ad l. cum quædam. ff. de iuris. om. iud. & ad d. c. pastoralis. col. fi. Illud neutiquã est omittendum, quòd per fiscum viduæ auferuntur legata viri, tanquam indigne si ipsa stupro se coinquinauerit, Bar. ad l. 1. ff. de his, quibus vt indign. Et eodem modo id, in quo succedit ex pupillari expressa fiscus aufert, sed propter stuprum à tacita pupillari excludit, & substituto succedit, Ias. ad l. 2. in prin. col. antep. ff. de vulg. & pup. Et de amissione dotis Hipp. consi. 13. per totum. Crauet ta amplissimè consil. 205. vbi etiam tangit vtrum amittatur dos in matrimonio putatiuo.

†.2 Si maritus.] Sed non procedi tunc possit coram seculari, Dec. consi. 212. & vide Bal. consi. 302. cum seq. lib. 3.

†.3 Hæredes. domini.] Vide hac de re per Abbat. consil. 3. qu. 9. col. 8. lib. 2. vbi ponit, quid econtrà si dominus tacuit in vita vasalli, an possit hæres vasalli vexari: de quo Rui. consil. 46. li. 1. & latè supra consi. 10. eod. lib. 1.

†.4 Ita voluit Ioan. de Imo.] Vide Aret. in trac. malefic. in verbo, Che hai adulterato. in versic. quid si maritus. Et ibi in apostillis habes hoc consilium Alexandri transcriptum, cum responsionibus Domini Vgolini Ariminensis tenentis oppositum. Et adde quòd regulariter ius reuocandi non transit ad hæredes, Afflic. de cis. 111. Et vide latè Alex. ad l. rei iudicatæ. not. 2. ff. solu. matr. vbi tenet, hæredes mariti posse objicere. Vide Pau. Cast. consil. 402. Hæc mulier. lib. 1. vbi vult, quòd mulier ob adulterium nõ amittat dotem, vbi eius maritus tenet concubinã: item vbi sciens adulteram, retinuit, & cum ea rem habuit: item vbi tempore vitæ suæ non expostulauit cum ipsa, nec est conquestus. Literis prodidit Bal. consil. 182. Petrus de Firmo. lib. 3. quòd hæredes non possunt objicere de adulterio, etiam quod pòst in notitiam peruenerit. De viro, qui sciens diu tacuit, vide eundẽ Bal. consi. 303. eod. lib. Tangit etiam distinguendo Signorol. consil. 50. Quæstio prima, & secunda. vbi considerat tres casus, quòd aut maritus sciuit: aut ignorauit: aut dubitatur.

†.5 Communis opin.] Et cum hac opinione contra Barto. tenet Alex. ad l. cum mulier. col. pen. ff. sol. mat.

†.6 Dilapidasse.] Dic, mulierem luxuriosam præsumi prodigam vsqueadeo, vt non admittatur probatio oppositi. l. & mulieri. ff. de curat. furio. per quam ita dicit Fel. post Rom. ad c. pastoralis. col. 3. de iudic. & hunc text. in d. l. & mulieri. allegat infra Alex. ad idem propositum.

†.7 Quòd vbi commissum est alicui.] Obserua notabilem decisionem, quòd per talia verba necessitas probationis remittitur, nec quæstio de hoc referri potest. Vnde mandans alteri vt pecunias recipiat ad vsuram, prout sibi visum fuerit, non potest exigere probationes, quantum, & quibus soluit, sed stabit eius dicto, Afflic. decis. 91. Natta. Et mox Alex. Summariè, & de facto.] Adde tamen, quòd ista verba, summariè, & de facto, non important quòd alicui ius suum auferatur, Ias. consil. 105. in fin. lib. 1. Nat. Et paulo pòst. Domini arbitratores.] Arbitratores sequi debent veritatem vndecunque eam habeant etiam ex garritu auiũ & informationes etiam oretenus accipere possunt, monita tamẽ parte, Ias. consi. 88. circa fi. lib. 1. adde Bald. ad l. solam vlt. q. C. de testib. vbi voluit, quòd arbitrium habens de iure, & de facto, credere possit probationi persuasiuæ inhærendo eius conscientiæ. Quod dictum Baldi extendit Fran. Areti. consil. 84. colu. 2. ad rescripta causarum, quæ committuntur sola facti veritate inspecta. sequitur Ias. ad l. & si conditio. §. si nummos. colu. 6. ff. si cert. pet. Dec. ad c. dilecti filij. col. 2. de iudic. quæ extensio mihi non placet, quia non ita præsumitur in Principe, quòd ita voluerit discedere à iure. l. si quãdo. C. de in offi. testa. nec quòd voluerit partibus præiudicare. l. 2. §. merito ff. ne quid in lo. publ. Partes autem id possunt. l. penult. C. de pact. Immò etiam in compromisso hæc clausula malè sonat, & Prælatus eam non posset apponere, Feli. ad c. 1. colum. 20. de constit. vbi etiam meminit de dicto Baldi ad d. l. solam. Verùm quòd vigore cuiuscunque arbitrij dati credere vnico testi, cùm de iure communi requirantur duo Alexand. tenet consil. 209. colum. fin. infra eod. Et dictum Baldi ad d. l. solam. sequitur Aretin. ad l. eum qui §. filius. in 2. nota. ff. de acquiren. hæred. Præterea animaduertendum est, laudum latum sine actis, non subsistere, quia latum sine causæ cognitione, Dec. consilio. 475. circa fin. Et vbi causa arbitrio boni viri debet terminari, admittuntur persuasiuæ probationes, Dec. consi. 650. colum. 2. allegando Bald. ad d. l. solam. Et arbitrator pronunciare debet secundum æquitatem, qua ratione differt à iudice, Alex. consi. 113. col. 3. suprà eod. lib. Item arbitrator credit vnico testi cum iuramento partis, Bal. consi. 35. Tria sunt considerandа. lib. 4. Natta.

AD CONSILIVM CXC.

†.1 Præfertur illud.] Confirma, quia qñ apparent duo testamenta eadẽ die cõfecta, nec apparet de prioritate, & diuersi hæredes sunt instituti, neuter est hæres, vt per Bart. ad l. 1. §. si quis in duobus. ff. de bono. possess. secund. tabu. & habetur per Ange. & Imol. ad l. eum, qui bis. ff. de acquirend. hæredita. Tamen illud, in quo esset aliquid relictum piæ causæ, præferretur, & præsumeretur vltimum, Rom. ad auth. similiter. in 12. Speciali. Ias. qui

ita dicit, se de iure respondisse, ad l. fi. col. antepe. C. de edic. diui. Adria. tol.

†.2 Rogatus de testamento.] Adde quod quando Notarius fuit de aliquo crimine inquisitus, tunc proculdubio efficitur infamis infamia facti, nisi doceat de absolutione. c. omnipotens. cum gl. & ibi Abb. & alij. de accus. Bart. Ang. & Imo. ad l. qui à latronibus. §. fi. ff. de testa. & dicit Abb. ad c. cum dilectus. de fide instru. quod Notario infami infamia facti, minus creditur, sicut etiam dicitur de teste infami. Tamen Bal. ad l. in exercendis. C. de fide instru. versi. quero quid si non est condemnatus. dicit quòd vbi crimen falsi intentatur contra notariũ scripturę inest suspicio & oportet quòd suppleatur per aliquod auxiliũ, vt instrumento stetur. Plus dicit Ang. consi. 284. Præmitto ad euidentiam quòd spurius est infamis infamia facti. Azo in Rubr. C. de infam. tamē instrumenta spurij tabellionis valent. Sed vbi fama est denigrata, & labefactata aliter, quàm per natiuitatem aut per natales, tunc si instrumentum in dubium reuocetur, tunc non adhibetur fides, secundum Angelũ loco prænotato. Et idem Bal. dicit consi. 402. Quęritur an per solam diffamationem. lib. 5. vbi limitat, nisi in contrarium fuerit probatum de bona fama. & dicit Io. Anan. consi. 49. versi. est etiam multum ponderandum quòd vbi persona notarij est aliqualiter suspecta, & fama non bona, tunc probatur falsitas contra eum per verisimiles coniecturas. allegat Cyn. ad l. si quis Decurio. ad fi. C. de fals. Et si accusatur Notarius de falso instrumento, sufficit probare, quòd alia falsa instrumenta confecerit, Pau. Cast. ad l. fi. col. 1. C. de probat.

AD CONSILIVM CXCI.

†.1 Respondeo.] Istud idem tenet Alex. ad d. auth. si quis in aliquo. in fi. & consi. 6. supra li. 4. & Soc. consi. 120. col. 1. lib. 1.

†.2 Absque facto.] Vide de istis Bar. ad d. l. stipulatio ista. Et vbi expulsus vi de possessione agit petitorio, venditor debet defendere, gl. Bald. & Sali. ad d. l. fi. C. de acti. empt. Sed vbi sua culpa cecidisset emptor de possessione, venditor non tenetur l. si rem. §. si duplæ. ff. de euic. gl. ad l. euicta. §. 1. ff. eod. tit. Natta.

AD CONSILIVM CXCII.

†.1 Iura, quæ dicunt.] In actibus ecclesiasticis requirit vtrunque secus in prophanis, ita Alex. ad l. maiorē. ff. de pac. vbi dicit se ita cõsuluisse in causa satis ardua, & bene dicit, quia ita hic cõsuluit.

†.2 Dicto Canonicorum.] In oppositum facit allegatio Lapi relata per Fel. ad c. veniens. il 2. col. 10. de testi. vbi dicit, credi sacerdoti fide digno, si dicit morientem sibi dedisse licentiam de reuelanda confessione, ex quo aliter hoc probari non potest. quòd est annotatione dignum si modo est verum. Et istum tex. in c. cũ dilectus. de elec. multum Abb. no. consi. 42. col. fi. lib. 1.

†.3 Quidam Mod.] Istud dictum sequitur Alex. consi. 197. col. pe. li. 7. Pau. Ca. consi. 84. Visa. li. 1. col. fi. & consi. 109. Visa petitione. col. 1. li. 2. Rui. consi. 105. li. 4. Soc. consi. 28. col. 3. lib. 3.

†.4 Contrarium.] Negari tamen non potest, quin illi magis sit credendum, Dec. consi. 650. col. 2. Natta.

AD CONSILIVM CXCV.

†.1 Declarat mentem.] Accedat ad confirmationem Roma. consi. 44. Ex supra narrato themate. col. fi. vbi inquit, quòd si municipali lege caueatur, quòd maritus lucretur dotem omni casu, habebit locum lex municipalis etiam extantibus filijs primi matrimonij, & cessabit. l. hac edictali. C. de secund. nupt. Et intelligeprædicta nisi absurdũ resultaret, iuxta no. in l. 1. §. nunciatio. ff. de ope. nou. nun. Vide Dec. ad l. omnia. in prin. ff. si cer. pet. Et de marito, qui promittit restituere totā dotem, Alex. scribit consil. 133. lib. 5. Et de vniuersali dictione negatiua, quod omnia excludat, vide Ias. consi. 182. in prin. lib. 2. licet ibi col. 6. in fin. aliud dicat. Illud non omiserim, quod vniuersalis dictio includit ea tantũ, quæ sunt de natura contractus, Bal. ad l. à procuratore. C. mandati. Et de dictione omnibus. vide Dec. consi. 358. circa prin. Alexan. consi. 17. col. 2. lib. 1. Et quòd dictio, Omnis. nihil excludat, Spe. testatur in tit. de Syndi. §. 1. versic. quid si in aliquo instr. Et dictio vniuersalis non includit ea, quæ secundum veritatem & ex iuris interpretatione includi non possunt. l. qui habebat. in prin. ff. de leg. 3. l. generali. §. vxori. ff. de vsufr. leg. per quæ iura ita determinat Rui. consi. 62. col. 2. lib. 1. Natta.

AD CONSILIVM CXCVI.

†.1 Quòd statutum.] Vide Bar. latè ad l. omnes populi. 2. q. 6. q. prin. ff. de iustit. & iure.

†.2 Tanquam per fraudem.] Nota cautelam in contractibus minorum, vt iuramentum non obstet, si statutum præsumat fraudem. Et hæc est cõmunis * opinio, vt Ias. testatur in auth. sacramenta. col. fi. C. si aduer. donat. Natta.

AD CONSILIVM CXCIX.

†.1 Competit ei.] Quia res data cum causa, redit ad non causam, vt habetur in d. iuribus. concor. tex. in l. eleganter. §. si quis post. ff. de condi. indeb. Natta.

AD CONSILIVM CC.

†.1 Lege, tutoris.] Quæ lex vult, fiscum succedentem in bonis creditoris ex confiscatione, teneri ad satisfaciendum ac soluendum creditoribus. Natta.

AD CONSILIVM CCI.

†.1 Non veniunt.] Ad idem est tex. in l. sequens quæst. ff. de leg. 2. & in l. 3. §. vxor. ff. de do. præleg. Pau. Ca. consi. 162. Visa narratione. colu. 2. secundum formam antiquam. & idem tradidit Alex. consi. 20. Ponderatis. lib. 3. Dec. consi. 477. circa fi.

†.2 De iure verius.] De hoc articulo vide etiam Crot. ad l. nemo potest. col. 13. ff. de leg. 1.

†.3 Succedat in totum.] In oppositum, quòd testator grauando in omnibus bonis, non prohibeat, vide Ias. consi. 146. li. 4. Qua de re etiam tradit Crot. ad l. nemo potest. car. 4. ff. de leg. 1. Et quod per d. verba intelligat prohibita Trebellianica, tenet Dec. consi. 495. dub. 3. Rui. consi. 23. col. 4. li. 3. & cõsi. 163. col. pe. li. 2. vbi ponit, quid si sit dictum, Vt restituat omnē hęreditatem, non aũt totam, & integrā. Item quid si sit dictũ, Restituat pleno iure, vel quòd amplius nil petere possit. Et de verbo Totā. vide Rui. consi. 173. col. fi. lib. 2. & consi. 37. col. pen. lib. 1.

†.4 Si disponebat.] Facit, quia testator iubens plus non petere, videtur prohibere Trebellianicam, Imo. ad l. 1. §. si fundo. ff. de hær. inst. Barb. consi. 2. col. 7. lib. 1.

†.5 Quod exprimitur.] Vide Fel. ad c. translato. de constitut. vbi ad vtranque partem multa adducit.

†.6 Æquipollet vniuers.] De hoc etiā ponit Bart. ad l. 1. ff. de reg. iur. & Alex. & alij posteriores ad l. 2. ff. de li. & posth. & in materia statuti Bar. ad l. oēs populi. in 3. q. 6. q. pri. ff. de iu. & iur. Nat.

AD CONSILIVM CCII.

†.1 Est ipso iure.] Sequitur Dec. ad l. 1. no. 8. C. de secun. nup.

†.2 Tamen dicta leg.] Hæres titulũ habet in rebus legatis, Alex. ad l. nam quod §. non omnis. ff. ad Treb. circa fi. Ruin. consi. 32. col. pe. lib. 2. & consi. 38. col. 10. lib. 5. Natta.

AD CONSILIVM CCIII.

†.1 Quādo vnus.] Idem tenet Bal. consi. 71. Casus talis est, Commune, & homines. lib. 1. & consi. 463. Quatuor sunt vers. & notandum est lib. 4.

†.2 Iudicat.] Adde Ias. ad l. cũ quis. colu. 1. & seq. C. de iur. & fac. ign. vbi post aditam hæreditatē dicit acquisitũ ius, & non ante.

AD CONSILIVM CCV.

†.1 Nisi ostendat.] Confirma, quia penes quem reperiuntur libri hæreticorum, ille præsumitur hæreticus, secundum Ro. singu. 323. qui allegat Archi. ad c. sanè. il 2. causa 22. q. 4. & hoc per tex. in c. si forte. ead. cau. & qu.

†.2 Incompetens.] Vtrum in criminibus incompetens capere possit, vide Io. Bapt. Sanctoseuerinatem in tract. de debitoribus suspectis. & fugitiu. Natta.

AD

AD CONSIL. CCVI.

†.1 Ob causam.] In oppositum vide consilium Bal.22. Quid importent.lib.2.ꝙ licentia testatoris de alienando ob causam necessitatis, intelligitur de fatali, vel naturali necessitate, non de ea quæ contrahitur ex aliquo voluntario debito.

†.2 Mortua matre.] Idem tradit Alex.consi.59.col.3.lib.3.

†.3 Potest liberè.] Istud est etiam de mente Pau.Cast.cons.124. In causa, quæ vertitur coram potestate ciuitatis Aretij.libr.j.vbi no.concludit, ꝙ minor oppugnans contractum tanquam gestũ contra formam statuti, debet probare, se habuisse propinquos, quos potuisset adhibere. NAT.

AD CONS. CCVII.

†.1 Statutum dicitur.] Quòd sit fauorabile, & late interpretandum, & comprehendens affines, & agnatos largo modo, vide Ias.consi.76.lib.3.vide etiam Alex.ad d.l.qui se patris.col.pen. Istud etiam Alex.tenet consi.125.col.pe.lib.7.Et addo, ꝙ in dubio statutum præsumitur fauorabile.Bal.ad l.fi.ff.de his, qui ad liber.peru.non pos.quem Alex.adducit consi.197.col.j.j.lib.7.Et ꝙ sit odiosum, tradit Imo.ad l.j.ff.sol.mat.de quo per Ale.j.hoc eo.consi.col.4.

†.2 Soluta affinitate.] Vtrum statutum cogens affines ad cõpromittendum, comprehendat eos, dissoluta affinitate, tradit Ias.ad l.sunt autem.circa fi.ff.de re iud.Are.ad l.si rei iudicatæ.§.socero.col.2.ff.solu.mat.vbi tenendo partem negatiuam, inquit, ꝙ istud est secundum communem regulam, quia qualitas in actu requisita, debet adesse tempore, quo actus geritur.l.Titius.ff.de test.mil.Bar.ad l.ex facto.ff.de vulg.& pup.Et vide Are.ad §.socium.Insti.de nuptiis.

†.3 Sali.in l.2.] Istud Saliceti dictum sequitur etiam Alex.ad l.si constante.ff.sol.mat.in 9.q.Bar.2.part.vbi dicit, quod est notabile verbum menti tenendum. NAT.

AD CONS. CCVIII.

†.1 Vulgariter.] Quando apposita sint hæc verba vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum.aliqui dicunt esse in potestate substituti, an succedere velit ex directa, an ex obliqua. Alij dicũt ꝙ in vnoquoque suo casu testator videatur fecisse substitutionẽ. qua de re latè per Alex.ad d.l.Centurio.col.pe.ff.de vulg.& pu.& per Dec.ad l.precibus.col.14.C.de impuberum. Quæ sunt annotatione digna, quia communiter huiusmodi clausula consueuità notariis apponi. Et de prædictis vide etiam Bar.& Alex.ad l.recusare.§.Titius.ff.ad Treb.& Ias.consi.99.in prin.lib.4.

†.2 Peti non poterat.] Adde ꝙ compromissum fieri non potest super fideicommisso conditionali nondum purificato: Rui.consi.16.col.pen.& fin.lib.2. NAT.

AD CONS. CCIX.

†.1 Licet olim esset iusta causa.] Quòd non sit iusta causa, latè ostendit Dec. consi.231.dub.2.& ibidem in 4.ꝙ ob hoc non priuatur alimentis.

†.2 Qui videtur.] Vide Dec.ad l.si pater.in fi.C.de insti. & substit.

†.3 Pau.de Cast.] Istud consi.tenet Ias.ad d.§.& generaliter.& D.Georg.patruus meus ad c.quanuis.col.8.de pac.in 6.Ias.ad l.j.3.no.ff.sol.mat. NAT.

AD CONSI. CCXI.

†.1 Quia nunquam soluta.] Quòd gabella non soluatur, vbi nõ est consuetudo soluẽdi, est tex.in l.licitatio.§.parũ.ff.de public.

AD CONS. CCXII.

†.1 Promisisset.] Nota ꝙ promittens vendere, non potest cogi præcise ad factum, sed liberatur præstando interesse. Quod amplia, etiam si facultatem habeat rei tradendæ, vt per Dec.consil.502.col.2.& repetit consi.seq.

†.2 Non esse veram.] Vide Alex.ad l.à diuo Pio.§.si super rebus.& ad l.sæpe.col.26. Et contra Iacobum tenet Are.ad c.causam quæ circa finem. extra de testibus.& Cro.ad §.duo fratres. nume.25.

†.3 Verbi gratia.] Hoc tradit Alex.latius declarans cons.36.circa fi.lib.2.

†.4 Et secundum Bar.] Ias.tamen ad d.l.admonendi, attestatur communem opinionem facere cum Bar.quanuis de subtilitate iuris amplectatur contrariam sententiam.

†.5 Possunt esse singulares.] Contra, quia in dubio testes præsumuntur contestes. Alex.ad l.2.in fi.C.de bon.pos.secund.tab. Et dictum Bar.ad d.l.Celsus sequitur Are.consi.94.col.pen.

†.6 Qui est Simon.] Adde ꝙ hypotheca non solum tribuit facultatem petendæ possessionis.d.l.si venditor.sed etiam apprehendendæ, vbi adesset constitutum vel precarium, vel possessio vacaret, Bal.ad l.j.C.de ser.pig.da.manum.& ad l.pen.C.de pig.acti. Item tribuit facultatem retinendæ. Bar.ad l.si filiofam.§.j.ff.solu.matrimo.& ad l.gerit.colum.4.vel 5.versicu.ad secun.de acqui. hæredi.

†.7 Præsumitur.] Contrarium tenet Areti.ad l.ex diuerso.§.fi.ff.sol.ma.quia hæc iura dicunt, ꝙ pauper potest fieri diues, non autem ꝙ præsumatur. Et in oppositum facit, quia si pauper præsumeretur in futurum fieri diues, fortius qui nunc est diues, præsumeretur durare & persistere in diuitiis: quod contra Bart.sententiam in d.l.in confirmãdo.vbi inquit, ꝙ semel diues, vel pauper non præsumitur de necessitate hodie talis, quoniam diminutio, vel augmentum facultatum & rei domesticę facile obuenit.

†.8 Prodest.] Quòd prosit, tenet Federic. Senensis consil.128. creditor.Do.3.q.9.in §.de his.Cardi.ad c.significauit.de testi. quẽ ibi refert Felin.30.no.Fran.Are.cons.60.Lanfran.ad c.qm contra in verbo confessiones.de prob.Guido papæ.decisi.176.

AD CONSILIVM CCXIII.

†.1 Cui magis.] Hac de re vide etiam Soc.ad l.si fuerit.5.not.ff.de reb.dub.Abb.ad c.indicante.de testam.Felin.c.fi.col.14.de foro comp.

†.2 De familia.] Idem tradit Pet.Anch.consi.152.Plura sunt.dub.j.vbi loquitur de testatore, qui substituit proximiores de domo sua.

†.3 Et meritò.] Quot modis appelletur officium, vide Felin.ad rubr.de offi.deleg.col.2.Alex.ad l.j.circa prin.ff.de iuris.omn.iudi.

†.4 Debent esse.] Vide Abb.& Fel.ad c.fi.in vlt.no.de iudiciis.& ibi latè Butrium.

†.5 Diuitiæ.] Hoc facit ad quæstionem, an decimæ prius institutæ propter paupertatem clericorum, clericis effectis diuitibus debeantur, de qua tangit Inn.ad c.fi.de paroch. Io.And.ad rub.de decim.Hosti.latè in summa.de decim.§.fi.ver.septimò quæritur. Facit etiam ad q. Vtrum vxor, quæ tempore mortis mariti erat inops, postea effecta diues, possit consequi quartam.de qua quæst.scribit Dec.ad auth.præterea circa fi.C.vnde vir & vxor. Natta.

†.6 Non debet audiri.] Ad idem est tex.in l.fi.C.de rei vendi.& in l.his consequenter.§.j.ff.fami.ercis.& in l.loci corpus.§.competit.ff.si seruit.vendic.quæ iura sunt ab Alexandro adducta cõsi.48.circa fi.inter consilia Calcan. NAT.

AD CONS. CCXIIII.

†.1 Haberet alimenta.] Vtrum ex legato alimentorum restringatur legatum vsur.vide Rui.consi.35.lib.2.

†.2 Insultũ proiiciendo.] Contra hoc facit quod ponit Sali.post Iac.Butrig.ad l.j.col.j.C.de his, qui latro.defen. vbi voluit, ꝙ si quis in accusatione dicat, Talis fecit contra se insultum vulnerando, non videtur accusare de vulnere, sed de insultu qualificato. Vide de hac re Dec.post Ias.ad rubricam.C.de edendo.

AD CONS. CCXV.

†.1 Quia inuentarium.] Executor tenetur inuentarium facere,

cere.Spec.in tit.de instrumen.edi.§.nunc vero aliqua.versi.sed an tenetur,& ibi Io.And.in additamentis dicit, quòd eo omisso, repellitur ab agendo.Bal.ad d.l.nulli.col.2.versi.vlterius no.C. de epis.& cler. NAT.

AD CONS. CCXVI.

†.1 Plurimum conuersatur.] Vide de assiduè conuersante in loco, quomodo ibi possit conueniri, Pau.Cast.ad l.2.C.de iurisd. om.iud.

†.2 Non habet locum.]Vide hac de re Fel.ad c.P.& G.col.pen. de offic.deleg.& pro confirmatione facit, quia in actib.voluntariæ iurisdictionis,vbi non est contradictor, nec litis contestatio, non habet locum prorogatio, Bal.ad l.testamenta.& ad eã recentiores scriptores.C.de testa. Et cum Alexã.hic concordat Feli.ad c.si diligenti.col.pe.de fo.compe. NAT.

AD CONS. CCXVIII.

†.1 Dictio,quasi.] Aliquando dictio, quasi exprimit veritatem, gl.ad c.parochianis.de decim.vbi etiam vide Abb. NAT.

AD CONS. CCXIX.

†.1 Sine consensu.]Idem tenet Crau.consi.258.col.7.

†.2 Requisita.]De hoc, vtrum ex longinquitate temporis præsumantur omnes solennitates interuenisse, tradit etiam Alex.j. col.pen.respondendo quibusdam obiectis.

†.3 De consensu.]Simultaneum prælati, & capituli consensum non requiri vult gl.& volunt Ant.But.Imola,& Abb.ad c.edoceri.de rescri.sequuntur etiam ibi recentiores. Vide Oldra.consi.44.Quæritur si episcopus.in prin.Calde.consi.2.An capitulum.sub ti.de consti.

†.4 Extra tempus.]No.ꝙ citatio facta ad vnam horã, importat, ꝙ actus non possit fieri alia hora.& illa citatio,& successiuè singulis diebus,& horis, non valeat, Bar.cons.268.Factum tale est lib.j.

†.5 De hoc confici.]Idem dicit Abb.ad c.bonæ.il.j.col.6.de elec.vbi ex hoc infert, ꝙ in actu scripturam requirente, allegans actum probat. NAT.

AD CONS. CCXXI.

†.1 Non esse constituendam.]Quòd mulier non possit constitui curatrix, vide Dec.ad l.fœminæ.ff.de reg.iur.& consi.575.vbi idem dicit in minore,& plura alia in materia.

†.2 Non conueniret.]Istud procedit regulariter, ꝙ discordantibus partibus, iudex arbitrium suum interponit. Bart.ad l.in venditione.§.si vnus.ff.de bon.auth.iud.possid.cum aliis adductis per Ias.ad l.fi.C.de iudic. NATTA.

AD CONSI. CCXXII.

†.1 Dominum Franciscum de Acoltis.] Vide Are.consil.148.ꝙ incip.In proposita q.breuiter,& succinctè: vbi super hac eadem facti specie de iure respondit. NAT.

AD CONS. CCXXIIII.

†.1 Dominum And.Sicu.]Ita respondit de iure Andr. Sic.diffuse,vt patet eius consi.1.lib.j.

†.2 In quantum.]Quòd huiusmodi promissiones non valeant, tenet etiam Fel.ad c.j.col.5.de probat.

†.3 Discedere.]Idem tenet Alex.consi.101.col.4.lib.j.& consi.216.col.4.&seq.lib.2.& consi.190.col.2.lib.2.Feli.ad c.j. col.de probat.Rui.consi.105.col.2.lib.5. NAT.

AD CONS. CCXXV.

†.1 De nullitate.]Istud latè tenet Philip.Fran.c.dilecto, de app.

†.2 Nõ dicitur.]Facit ad rem quod scripsit Bar.ad l.libertum.ff. de in ius vocando: scilicet, ꝙ ille, qui prouocauit ad iudicium dicit actoris partes sustinere, licet quo ad alia sustineat partes rei.

†.3 Causa discussa.]Doctores ad c.ex parte, il 2.de offi.deleg.dicunt, primam citationẽ esse de iure naturali, alias esse de iure ciuili. Post conclusum in causa citationem esse iuris positiui dixit Afflict.decisi.283.

†.4 Quia paria.]Idem dicit Bal.ad l.addictos.C.de epi.aud.& ad l.2.C.qui testa.face.po.& ad l.si quis filio.§.hi autem.ff.de iniusto irrito testam.vbi etiam Pau.Cas.in quib.locis semper Bal. habet in ore tex.l.lex Iulia.§.hodie.ff.ad l.Iul.repetun.

†.5 Pau.de Ca.] Habeo consi.288.lib.j.vbi vult, ꝙ licet vbi appellatio,& nullitas proponitur simul, possit deserta appellatione causa nullitatis de nouo inchoari de iure communi: tamen secus est vbi statutũ præfigit terminũ appellationi & nullitatis dictioni, quia post terminũ perit non solũ instantia, sed etiã causa.

AD CONS. CCXXVIII.

†.1 Facultatem redimendi.]Nunquid hæc facultas redimẽdi cedi possit alteri, Ale.hic præsupponit ꝙ sic. Arguit ad partes Pau. Cast.pulchrè consi.j.Videtur dicendum ꝙ d.Christophorus.li. 2.tandem concludit pro parte affirmatiua. Contrarium verius putat Rom.consi.484.Vide de hac re ꝙ scribit Curt.consil.80. colũ.2.& ꝙ scribit Alex.latè ad l.j.§.fi.ff.de op.no.nunc.dum tractat dict.gl.ad l.cum fundum.ff.de vi & vi arm.

†.2 Traheretur retro.]No.ꝙ conditio non trahitur retro quo ad acquisitionem dominij in præiudicium secundi acquirentis ꝙ est no.ad limitationem.l.quoties, vt primus emptor conditionalis non præferatur secundo purificata post modum conditione, vt Alex.hic sentit,& tenet latè Dec.cõsi.247.& Io.Crot. ad l.si is qui pro emptore.car.11.vbi facit regulam, ꝙ in contractibus conditio retrahitur ad initium.l.si filius.in prin.ff.de ver. ob.& l.potior.& l.qui balneum.ff.qui pot.in pig.hab.& ad hãc regulam ponit plures limitationes.

†.3 Quòd ceciderit.]Quòd etiam cadat à iure franchitandi, seu redimendi, latè tenet Cuma.consi.65.Titius locauit.per totum & partem negatiuam latè tenet Dec.ad l.in bonæ fidei.vlt.not. C.de pact.de hoc etiam tangit Ias.ad l.2.C.de iure emphy.

†.4 Etiam me irrequisito.]Hoc volunt Bal.& Ang.ad l.cum essent.§.j.per illum tex.ff.de ser.rusti.præd.& Alb.Ros.ad l.fi.C. de iure emphyte.& hr̃ de hoc per Dec. consi.193.col.2.& ista verba, Quibus dederis, non solum operantur licentiam alienandi, sed etiam ꝙ is, in quem facta erit alienatio, retinebit rem illã vt liberam,& expeditam,& tanquam allodialem,& non in iure feudi, secundum gl.Iserniam, Bal.& Aluarot.ad c.j.de feu.non hab.pro nat.feud.sequitur,& reputat mirabile Curt.Iun.in tra. feud.4.parte.car.49.Vide Ias.consi.156.col.2.libr.2.Et quod Alexan.hic dicit de feudo, procedit in emphyteosi, Dec.consi. 164.col.3.& vide consi.171.col.2.Et ex hac clausula non videtur actum vt feudum transferatur in fœminam. Item nihil operatur vbi est apposita in executiuis instrumẽtis, ita hęc duo Dec. scribit consi.390.col.4.Ias.ad l.fi.col.3.C.de iure emphy.Et de hac clausula vide Gram.decisi.103.nu.120.& ibi no.132.ꝙ sicut de allodialibus possumus facere feudalia, sic è contra.

†.5 Dubitantes.]De dubitante Alex.ad l.3.§.fi.col.2.ff.de acqui.pos.

†.6 A iure redimendi.] Nunquid pactum redimendi tollatur præscriptione 30.annorum, vide Ias.ad l.si mater.circa fin.C.de instit.& substit.Dec.latè ad l.petens.col.3.C.de pact. Et vbi cũ pacto retrouẽdendi adest hypotheca, requiritur spacium annorum 40.Fulgos.consi.123.5.& P.ciues.

†.7 Non tollit.] Idem latè tradit Feli.ex aliis rationibus ad c.ad aures.col.j.de præscrip.

AD CONSIL. CCXXIX.

†.1 Stuprum.]Vide Curt.Iun.ad l.transigere.C.de transact.vbi de pœna stupri.

†.2 Intelliguntur.]Vide Alex.ad l.si auiæ.C.de succes.vbi etiam Dec.plura adducit in simili. NAT.

AD CONSIL. CCXXXI.

†.1 Per clarissimum Dominum.] Super hac eadem facti specie de

tie de iure respondit Soc. vt apparet eius consi. 105. libr. j. inter eius consilia. & ibi consi. 106. habes subscriptionem hanc factã per Alex. NAT.

AD CONSIL. CCXXXII.

†.1 Non esset ciuis.] Acquisitio, quæ à principio fuit nulla, quia facta per forensem contra formam statuti, non reconualidatur, si postea efficiatur ciuis, Roma. consi. 509. Circa propositã consultationem. 5. dub. sed contrarium tenet And. Sicu. consil. 70. Illud in medium referam. col. j. lib. 3. Tamen secũdum Romani opinionem respondit Dec. cons. 661. in fi. Et ꝙ sufficiat, ꝙ reperiatur ciuis ante traditionem, imo & post traditionem, tenet Crauet. consi. 201. dub. 4. & sequitur Crot. ad §. Diui. col. 24. De articulo etiam latè scribit Claud. Aquens. ad l. si ita quis. §. ea lege. col. antep. ff. de ver. ob. & Fulgos. consi. 84. præsupposito casu, tenet ꝙ sufficiat forensem inueniri habilẽ. Sed animaduertas ꝙ non est cõsiliũ Fulg. sed Cumani. Et ꝙ acquirat, si postmodum velit effici ciuis, tenet Rui. consi. 139. col. fi. lib. 5.

†.2 Potero agere.] Sequitur Dec. consi. 543. col. j.

†.3 Nam intentata.] No. bene istud. ꝙ obligatus actione personali ad rem tradendam, conueniri potest, etiam si non habeat facultatem rei tradendæ, quia succedit obligatio ad interesse. Adde ꝙ promittens vendere, non potest cogi præcise, sed liberatur præstando interesse, vt Alex. dicit consi. 212. col. 3. lib. 5.

AD CONSI. CCXXXIII.

†.1 Tantum operatur.] Ponit Bart. hac de re, & ibi omnes ad l. sed & si. §. quæsitum. ff. si quis caution.

†.2 Possunt importare.] Idem dicit Rui. cõsi. 145. Absque multiloquio. lib. 5.

†.3 In genere maledictionis.] No. ꝙ per ista verba, Es pessimus homo, tanquam gñalia, non infertur iniuria, vt ponit Rui. in d. consi. 145. nu. 23. lib. 5. Et idem dicit Ang. Are. in tract. malefi. in gl. verba iniuriosa. col. 3. Quid autem si statutum.

†.4 Vt cederent.] Ad hoc Alex. consi. 33. col. 2. lib. 5.

†.5 Vbi error.] Sequitur Alex. consi. 92. col. pen. lib. j.

†.6 Lege, minoribus.] Iste tex. vult ꝙ minor restituatur aduersus vexationes litium. & sic istud hr̃ pro magno damno, quia pro minimo cessat restitutio. l. scio. ff. de in integ. resti. NAT.

AD CONSI. CCXXXIIII.

†.1 Statutũ excludens matrim.] Contra Bald. sentit, consi. 434. lib. 3. Domina Ioanna. NAT.

AD CONS. CCXXXV.

†.1 Vt etiam antea.] Consultus Alex. super hac eadem facti specie antea respondit de iure, vt apparet consi. 6. lib. 4.

†.2 Quidam Iacobus.] Habes lib. 1. consi. 400.

†.3 Quòd non extendatur.] Pro confirmatione facit Fel. in trac. quando literæ apostolicæ noceant patronis ecclesiarum, col. 6. vbi inquit, ꝙ quando ius patronatus pertinet ad Regẽ, Ducem, Marchionẽ, nõ est per papã satis derogatum, si sit facta simplex mentio iuris patronatus laicorũ, quia requirit maior expressio, cum huiusmodi personæ sæpe excipiant, &, vt nostri dicunt, excepture à regulis gener. c. de multa. in fi. ibi, circa sublimes, de præben. Ad corroborationẽ faciunt Io. And. & Archi. ad c. ei cui prouideri. de præb. in 6. vbi per clausulam generalẽ, Non obstãte. non derogatur iis, quibus princeps in specie verisimiliter non fuisset derogaturus. sequitur Alex. j. consi. 243. col. j. Et in obligatione generali non includitur feudum Marchiæ, Ducatus, & Comitatus, Afflic. per plura deci. 265. co. 3. adde Luc. à Penna. ad l. in factis. la 3. col. pe. C. de pro. sacr. scrin. lib. 12. dum limitat tex. in c. j. qualit. Dom. feud. propr. priu.

†.4 Contra proprium.] Tamen Bal. ad l. j. 24. q. de re. di. dicit, ꝙ vasallus, qui promisit in bello dare militem, nõ intelligitur promisisse, se daturum contra seipsum, nec cõtra alios suos agnatos, quarum tenetur iniuriam propulsare. Vide his de reb. etiam eũdem Alex. ad l. frater à fratre. col. 2. ff. de cond. ind.

†.5 Etiam aliud principale fundamentum.] Hæc omni. vsque ad versi. quinimo &c. ponit idẽ Alex. in appendicib. seu vt vulgo dicunt, apostillis ad Bar. ad d. l. emptorem. §. fi. de verbo ad verbũ.

†.6 Teneri ad restitutionem.] Amplia, etiam si fuisset dictum, ꝙ non vult teneri, nisi de suo dato, & facto, Bal. & Ang. ad d. l. non dubitatur. & Bal. ad d. l. emptorem. ad §. fi. in lect. seu prælectione antiqua. Fallit vbi venditio facta esset scienti rem alienã, quia nec tunc tenetur ad restitutionem pretij. Bar. ad l. si fundũ sciens. C. de euict. Item fallit, si quis non vult teneri de euictione respectu certæ personæ, & causæ. gl. ad l. qui libertatem. & ibi Bar. per illum tex. ff. de euictio. Bald. ad l. j. q. 2. C. de per. & commo. rei vend. NAT.

AD CONSIL. CCXXXVI.

†.1 Magis creditur.] Hoc idem tradit Abb. ad c. forus. in fin. de ver. sig.

†.2 Qualibet probatio.] De hoc est gl. & Bar. scribit ad l. si duo patroni. ff. de iureiuran. & idem Alex. dicit consi. 112. in fi. lib. 4. vbi sequitur dictum Bal. hic adductum.

†.3 Testimonium de auditu.] Rom. sing. mihi 341. dicit ꝙ testimonium de auditu, facit præsumptionem, vsque adeo vt transferatur onus probãdi in aduersarium, allegando Arch. ad d. c. hoc vr̃. 22. q. 5. sed est animaduertendum, Archidiaconũ hoc non dicere, sed eius verba id solum habere, ꝙ testimoniũ de auditu relationis non valet, nisi ad præsumptionem faciendã, nec probãt talia testimonia sed præstant adminiculũ intentioni producentis. c. cũ dilectus. de succes. ab intest. c. præterea. de testi. tamen illud dictum Romani sequit Feli. ad d. c. tam literis. Dec. consi. 272. col. 2. & ad l. j. ff. si. cer. pe. Et contra Romanum facit, quia pr̃sumptio iuris refundit onus probandi in aduersarium, sed nõ præsumptio hominis nisi sit violenta, sed tãtum adiuuat, Bal. & Sali. ad l. siue possidetis. C. de proba. NAT.

AD CONSI. CCXXXVII.

†.1 In c. licet vniuersis.] De hoc tex. meminit etiam Alex. consi. 93. col. 3. s̃. eo. lib. & vide ibi Fel. meminit etiam Alex. consi. 131. in prin. s̃. eo. lib. Et ꝙ in ciuilibus requirantur adhuc duo testes integri, vide no. Dec. ad c. at si clerici. super gl. in verbo, legitima probatio. de iudi.

†.2 Est pauper.] Dicas ꝙ quis dicitur pauper, inspecta sua conditione, vnde aliquis est pauper ea habendo, quæ alium diuitem redderent, alias sequeretur, bonam magnamque rusticorũ partem repellendam esse à testimonio, ita Dec. consi. 163. in causa matrimoniali. vbi etiam vult, ꝙ credatur pauperibus, nisi cõcurrant cum diuitibus, quia cæteris parib. illi præferuntur. Vide ẽt de his Ias. ad auth. præterea. col. pen. C. vnde vir, & vx. & Areti. subtiliter ad c. si quis testium. de testi.

†.3 Quia verba.] Adde tex. in l. literæ. ff. de iure codicil. Eadem dicit Alex. ad l. ita stipulatus. la grande. j. no. de ver. ob. Ias. consi. 53. col. 2. lib. j.

†.4 Postquam.] Facit de clerico coniugato deprehenso in delicto sine habitu, quoniam nõ potest postea reassumere, Pe. Anc. ad c. j. q. 3. de cleri. coniu. in 6. Et consi. Ange. allegatum hic per Alex. sequitur Are. consi. 122.

AD CONS. CCXXXVIII.

†.1 Ad petitionem.] Adde ꝙ in summariis, iudex interrogat ad partis instantiam. Abb. ad c. ad Io. col. 7. de fide instru.

†.2 Fieri potest.] Facit in simili, ꝙ stant ista simul, ꝙ aliquid concedatur motu proprio, ad partis tamen petitionem, vt Bal. singulariter tradit ad c. nisi specialis. col. 2. versi. pone in literis. de off. deleg. Et ꝙ iudex ex officio, post cõclusum in causa possit testes recipere, tradit And. Sic. consi. 30. col. 2. lib. j. Facit, ꝙ licet quis iurans non probare solutionem nisi per instrumentum incisum debeat seruare iurm, tamen consilium est vt procuret testes recipi ex iudicis officio. Alex. post Spe. ad l. iubemus. col. pen. C. de iudic. Et hoc, quod Ale. hic tradit, tenet Ias. adducens plura similia, ad l. vbi pactum. C. de transac.

†.3 Post petitum.] Sentit hic Alexã. & quando causa est commissa

missa consilio sapientis, non admittuntur nouæ probationes. quia videtur tunc conclusum in causa, vt latè prosequitur Ias. ad l. finalem, in fi. ff. de feriis. NAT.

AD CONSI. CCXXXIX.

†.1 Dictum, seu assertio.] Simplices homines, qui inducti persuasionibus aduersarij soluunt, repetunt per conditionem indebiti. Fallit nisi verisimiliter non debuissent credere, & videtur requiri dolus aduersarij. De his vide no. Ias. ad l. error. col. 7. C. de iur. & fac. ignor.

†.2 Legatorum.] Pro legatis etiam ad non pias causas, competit conditio ex canone, & officium Episcopi, Alex. ad l. j. in fi. ff. de leg. j.

†.3 Quo ad legatum.] Nota de præscriptione annui legati, quod præscriptio non incipit à die obligationis contractæ, sed ab initio cuiusque anni, de quo p Ale. ad d. l. de pupillo. §. si pluribus.

AD CONS. CCXL.

†.1 Vbi iudex.] Adde Bald. ad l. si fideiussor. §. fi. ff. qui satis. cog. vbi dicit, ꝙ mota lite, cessante etiam suspicione, potest fieri inhibitio. Et si pater dilapidet, quo pacto prouideatur filio pro sua legitima, vide Alex. ad l. Imperator. col. 4. ff. ad Treb.

†.2 De domo.] Idem dicit Ale. ad l. quod iussit. col. j. ff. de re iudi. vbi addit ꝙ pro scandalo euitando potest iudex præcipere ne quis transeat ante domum inimici. & ibi vide Ias. Et istud de domo, ne partes veniant ad arma, tenet Paris Puteus in trac. duelli, sub rubrica, an dominus possit arcere subditos ne veniát ad duellum. Et de prædictis vide Ias. qui aliter tenet, ad l. fi. ff. de offic. procur. Cæsaris. Potest etiam prohiberi ingressus in alienam regionem, Bal. ad c. 1. §. fi. de forma fidel. NAT.

AD CONS. CCXLIII.

†.1 Quòd secundæ.] Sequitur Rui. consi. 31. col. pen. lib. 5.

†.2 Quæ no. Archi.] Istud dictum Archid. & Io. Andr. sequitur etiam Rom. consi. 498. NAT.

AD CONS. CCXLIIII.

†.1 Quod etiam.] Idem dicit Guido papæ q. 499. Bar. consi. 50.

†.2 Quia sunt.] Vide etiam no. Imo. ad l. fi. in prin. ff. de donat.

AD CONS. CCXLV.

†.1 Sufficeret.] Ista opinio videtur * communis, & eam sequitur * Feli. ad d. c. si cautio. & Fran. Are. consi. 60. Barba. cons. 40. col. 10. lib. 3. Dec. consi. 163. Corn. consi. 113. ver. in contrarium. lib. j. & consi. 223. col. vlt. eo. li. Lanfran. ad c. quoniam contra. in verbo, Confessiones. de proba. Animaduertas nihilominus, ꝙ Ant. & Imola ad d. c. si cautio, loquuntur per verbum, Fortè. Item mouent per gl. ad c. quoties cordis oculus. j. q. 7. quæ vult, ꝙ stipulatio alteri facta, de iure canonico sit efficax: cuius contrarium * communiter tenetur, vt per Ias. ad l. stipulatio ista. §. * alteri. col. 2. & per Fel. in proœm. Grego. col. 6. vbi corrigit dicta per se ad d. c. si cautio. si ergo communiter doc. volunt in stipulatione vt alteri facta de iure canonico non teneat, quáto magis in confessione simplici facta absente parte. Et contra Ant. tenet Abb. ibi, quem sequitur Caccialupus in prælectione siue repetitione. l. admonendi. col. 68. NAT.

AD CONS. CCXLVI.

†.1 Domini supra cõsulentis.] Iste consulens fuit Bartholomeus Socinus, qui ita de iure respondit consi. 114. lib. j.

†.2 Possit solus.] Facit similis quæstio de procuratore constituto à pupillo cum authoritate tutoris, an solus tutor reuocet. de qua quæstione Bar. & alij ad l. neque. C. de procu. NAT.

AD CONS. CCXLVII.

†.1 Nec etiam.] Istud tenet etiam Bar. ad d. l. 2. col. 2. versi. tertio dixi. & ratio est, quia non habet filium in potestate. §. fœminæ. Instit. de adoptio. NATTA.

AD CONS. CCXLIX.

†.1 Indebitè lucrum.] Idem dicit Bar. ad l. contra leg. ff. de legib. & ad l. adigere. §. quanuis. ff. de iure patro. Bal. ad l. non dubium col. 3. C. de leg. Imola ad l. si verò. §. de viro. col. 2. & idem Imo. ad l. vbi purè. §. j. ff. ad Treb.

†.2 Dictione verò.] Nota ꝙ aduersatiua, Verò, inducit repetitionem præcedentium qualitatum, sequitur Alex. ad l. si filius à patre. col. 7. ff. de lib. & post. vbi reputat dicta Baldi ad d. l. omnes populi. esse valde no. Et ꝙ idem sit in copula. Et vide Iaso. consi. 228. col. pen. lib. 2. Et idem est dicendum in dictione, Tamen, vt intelligatur repetita qualitas præcedens, quia sunt dictiones aduersatiuæ, vt Alex. inquit consi. 9. col. j. j. lib. 7. & vult Bar. ad l. maritus. §. fi. ff. de adulter. Et de dictione, Verò, Ruin. consil. 63. col. pen. circa fi. lib. 3. NAT.

AD CONS. CCLIII.

†.1 Bal. in auth.] Sequitur Fel. ad c. intelleximus. col. fi. de iudi. 11. declarationé.

†.2 Quòd posito.] Sequitur ista Alex. consi. 78. col. 2. libr. 5. & consi. 154. col. j. eo. lib. & Fel. ad d. c. cum à nobis. col. fin. & est elegans consi. Rom. nu. 420. Proposita q. videtur. vbi tenet, sollicitatorem idoneum esse testem: si non percipit salarium.

AD CONS. CCLIIII.

†.1 Bar. consuluisse.] Istud consi. Bartoli sequitur Alex. cons. 62. col. pen. lib. 7. Et an minor dicatur læsus, eo ipso ꝙ compromittit, vide Alex. ad l. nam & postea. §. si minor. ff. de iureiu. col. pe. Et an curator hæreditatis iacentis possit compelli ad compromissum vigore statuti. Dec. putat ꝙ sic, consi. 22. Cum sit compromissum necessarium.

†.2 Potest petere.] Fallit si iuramentum interueniat: Alex. consi. 59. col. j. lib. 5. & vide Rui. consi. 11. lib. 4.

†.3 Contra quem.] Refert Alex. consi. 144. col. fi. lib. 7.

†.4 Et ibi Ang.] Hanc decisionem Ang. ad l. Imperatores. ꝙ tutor non possit compromittere in arbitratorem, sequitur Alexá. ad d. l. si plures. sed contra Ang. tenet expresse Ale. ad l. de fidei. C. de transact. & Ias. post Fulgos. ad d. l. Imperatores. Et Ang. sequitur Alex. consi. 62. col. pe. lib. 7. & no. Dec. consi. 39. col. 2.

†.5 Potest compromittere.] Idem tenet Alex. ad l. si plures. ff. de pact. vbi addit aliud simile, quia solus tutor non potest repudiare hæreditatem, & tamen pupillus cum authoritate tutoris potest. l. j. §. tutor. ff. de succes. edic. l. tutor. & l. tutor & l. tutor propter. de bon. poss. l. pupillorum. C. de repud. hæred.

†.6 Vbi inquit.] Hanc eandem sententiam tenet ibi Alexá. circa fi. vbi etiam dicit, se ita alias de iure respondisse, & obtinuisse in ciuitate Parmæ. & sic meminit ibi de hoc suo consilio. Et idem Alex. tenet consi. 65. col. antep. lib. 7. Bal. consi. 148. in fi. lib. j.

†.7 Et summariè.] Debet summariè fides fieri vbi aliquid admittitur contra regulas iuris, vel vbi est præsumptio in appositum, vt Alex. etiam scribit consi. 139. col. fi. lib. 7. & sufficit præsumptiuè id iudici probare, in d. §. si minor.

†.8 In cuius fauorem.] In hac ratione fundatur. l. quod fauore. C. de legib. de qua multa scribit Fel. ad c. dilectus filius. il. 2. col. 5. de rescrip. NAT.

Finis Addit. ad vol. 6.

ADNOTATIONES ERVDITISSIMI IVRISCONS. M. ANTONII NATTÆ ASTENSIS,

AD SEPTIMVM VOLVMEN CONSILIORVM ALEXANDRI TARTAGNI.

AD CONSILIVM SECVNDVM.

†.1 OPORTET probationes.] Vbi agit non de pœna capitali, sed pecuniaria, imo etiã corporali vsque ad corporis fustigationẽ, condemnatio põt fieri ex præsumptione iuris, & probatione præsumpta. Aret. ad c. veniens. il j. de test. quem refert. Fel. ad c. prudentiam. §. sexta. col. 3. de off. dele. per singularem tex. in l. 3. circa medium, de offi. præf. vigil. vbi quis fustigatur propter incendium solum ex culpa præsumpta, quia præsumitur factum incendium culpa inhabitantis. Et in oppositum facit, quia vbi agitur de pœna priuationis hæreditatis, requiritur liquidissima probatio. Bal. ad c. j. in ti. qua. dominus à proprie. pri. & ad l. via oppos. 3. C. de his, quæ pœnæ no. per tex. in l. in testam. ff. de condi. & demon. Refert & sequitur Alex. consi. 46. j. eo. lib. 7. Et de istis indiciis indubitatis vide plenè Are. cum suo additamẽto in trac. malefi. in verbo, forma publica. col. 6. Et vehemẽs adminiculum supplet defectum semiplenæ probationis, ẽm Bald. ad l. ea quidem. col. 3. C. de accus. relatus per Soc. cons. 89. col. 5. lib. j. Et quando visi sunt aliqui rixari, & vnus inuentus est vulneratus, hæc est sufficiens præsumptio ad condemnationẽ. Soc. consi. 54. col. 4. li. 3. Vltra quem hoc vult Abb. ad c. tertio loco. col. fi. de proba. vbi loquitur de probatione violenta. Et vbi solus cum sola, nudus cũ nuda reperitur, imminuit pœna. Corn. post Mathes. consi. 192. in fi. lib. 4. Et ex pluribus indiciis, & pſumptionibus vehementibus in criminalibus, quis potest condemnari. Bal. ad l. non est verisimile. ꝙ met. causa. Vide eundem Bal. ad l. fi. circa fi. C. de prob. ꝙ vbi est plusquam semiplenè probatum, pœna corporalis imponi non potest, quasi sentiat, quòd pecuniaria possit imponi, & ita vult Gram. voto. 15. in fin. Marcus Ant. NAT.

†.2 Sed pecuniaria.] Vide Dec. ad c. tertio loco. col. fi. de præsum. & Alex. idem quod & hic dicentem consi. 15. col. 3. li. j. & consi. 116. in fi. lib. 3.

†.3 Vbi non constat.] Vbi non constat quis sit principalis, non potest alius de auxilio puniri, de qua re scribit Alexã. ad l. si duo patroni. super gl. alteri. ff. de iureiu. & Hippoly. in Praxi. in §. cõstante. nu. 4.

†.4 Testimonium.] Quando proponitur aliquid non verisimile, illud debet per testes probari, vel per duos valde excellentes. Spec. in ti. de probat. §. fi. versi. fi. NATTA.

AD CONS. III.

†.1 Dictæ hæreditatis.] Ita etiam computat Ang. consi. 125. Substitutione. & consi. 306. Testator. in fi. Bal. ad l. si vero composita. versi. quid ergo. ff. de testam. mil.

†.2 Decidit Bal.] Opinio Baldi est* communis, vt per Dec. con-* si. 372. col. 2. & j. consi. 168. colum. j. & Dec. consi. 466. circa princip.

†.3 Excludebatur mater.] Ex hoc videtur quòd sit fauorabile, quia reducit ad ius antiquum, iuxta no. per Alex. ad l. si constante. ff. sol. mat. & tradit Cur. Iun. consi. 163.

†.4 Quia legitima.] Idem tenet Ias. ad l. si quando. §. generaliter. infi. C. de inoffi. test.

†.5 Vt consulerem.] Idem dicit Alex. ad d. §. & quid si tantum. col. 8. & seq. Ias. cons. 221. dub. 2. lib. 2. & latè Dec. consi. 296. vbi limitat, extraneo instituto, respondens obiectis, quando scilicet statutum excluderet fauore agnatorum. Et cum Ale. tenet Dec. consi. 393. col. pen. & consi. 299. col. 2. NAT.

AD CONS. V.

†.1 Ita concepta.] Hanc Baldi distinctionem refert Nicol. de Vbaldis in tract. succes. ab intest. carta 7. & non videtur approbare vide Ias. ad l. si is, qui pro emptore. nu. 272. & Bal. tenet Affli. decis. 195. idem vul. Bar. consi. 75. Viso testamento. Curt. sen. consi. 35. col. 7. Alex. ad l. generaliter. §. cum autem. C. de insti. & substi.

†.2 Principium geniture.] Adde Bal. ad d. c. innotuit, quòd legitimatio per matrim. est restitutio, per quã abluitur sordes peccati, & tamen qui moritur cum filiis legitimatis, non dicitur decedere cum filiis legitimè natis, quia legitimatio est ordo præposterus, & macula est impressa origini: ita tenet Guido papæ quæ. 482. Et vide Soc. consi. 3. col. 4. alias. 3. volu. 3. Ange. in dispu. Nobilis quidam genere. col. 3. Vide Feli. ad c. prudentiam. col. 3. de offic. dele. Ias. ad l. quoties. C. de rei vendi. & ad l. si is, qui pro emptore. nu. 278.

†.3 Corroborantur.] Et secundum istud dictum Baldi cõsultus respondit Alex. consi. 172. dub. 2. lib. 7. Dec. consil. 425. dub. 2. col. 4.

†.4 Et per hæc.] Idem dicit Abb. ad d. c. innotuit. quòd in materia restringibili, appellatione legitimè nati, venit legitimatus ꝑ subsequẽs matrimonium. Et de prædictis per Dec. scribit ad c. cũ in cunctis. de postul. prælat. vlt. no. & consi. 155. in additamento consilij. Ias. consi. 168. col. 4. lib. 4. Afflict. latè ad d. c. naturales. no. 5. Alexandrũ hic sequitur Rui. latè consi. 92. De duobus principaliter. 1. dub. lib. 5. Vide de prædictis Ripam ad l. ex facto. §. si quis rogatus. il primo, nu. 47. ff. ad Trebel. & Bal. cõsi. 367. quidam tres hæredes. libr. 5. vbi dicit veritatem esse id, quod etiam tenet Alex. NATTA.

AD CONSIL. VII.

†.1 Per magnificos Dominos ciuitatis Volterræ.] Commune huius ciuitatis ratione præfatorum statutorum attentauit infringere aliam concessionem, & in eius fauorem consultus respondit And. Sic. consi. 56. col. 6. lib. 2. vbi ponit quæ dicatur gratia. & de isto consilio Alexandri meminit Soc. consi. 4. col. 3. lib. 3. vbi etiam ponit quæ dicatur gratia. In similib. terminis de iure respondit Dec. consi. 10. qui ad c. sedes. in primis verbis. de rescriptis, agit de gratia.

†.2 Quòd derogabatur.] Dec. in prænotato consi. x. vult, difficilimè derogari posse statutis conditis ratione publicæ vtilitatis, ꝑ clausulas derogatorias generales.

†.3 Quia respondeo.] Hanc responsionem affert And. Sic. consi. 56. col. 8. lib. 2.

†.4 In præiudicium.] Adde tex. in l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clam, & ad eum locum Bartol. qui loquitur, de legato, & tex. in capitulo primo, de vasal, qui con. Loth. & in l. j. §. finali

m iuncto

iuncto principio illius legis.ff.de offi.proc.Cæs.facit gl.ad c.potuit.loca.quam Rui.adducit consi.100.col.fi.lib.5 Nat.

AD CONSI. VIII.

†.1 Præsumitur.] Tamen instrumentum emphyteoticum non probat concedentem dominum, Bar.ad l.legata.ff.de admi.lega. Nat.

†.2 Per annos 30.]Idem tradit Roma.consi.127. Posito ꝙ dominium, vbi etiam dicit, ꝙ fidem facit contra tertium.de quibus j.Alex.in fi. Nat.

AD CONS. IX.

†.1 Ad retrouendendum.]Hoc idem existimat in eisdem terminis Pau.Cast.consi.88.videtur dicendum, præfatum Bartholomæum.lib.2. Nat.

AD CONS. X.

†.1 Aliud est.]Hac de re ponit gl.& ibi doct.ad l.2.in prin.ff.de verb.obli.

†.2 Vt signanter dicit.]De hoc dicto vide Felin.ad c.2.de magis. & Alex.ad l.ita stipulatus.col.3.de verb.obli.& in not.casu Afflict.decisi.370. Nat.

AD CONS. XI.

†.1 Defectum.]An infans possit legitimari, vide Bart.ad l.iubemus.C.de eman.liber.Ias.ad l.eam, quam j.no.C.de fideic.vbi tenet, non posse legitimari per Comitem Palatinum.

†.2 Quando sententia.]De sententia principis absque citatione tradit Dec.consi.410.col.2.& consi.528.col.pen.& latè consi.544.j.dub.Gram.decisi.65.col.2.& seq.& 5.nu.4.Et an in declaratione papę requiratur partis citatio, Dec.ad c.cum venisset.de iudic.

†.3 Quando princeps.]Quando princeps declarat, non dicitur auferre ius quæsitum tertio, quia illud à principio, quod declaratur, videtur infuisse, secundum Pau.Cast.ad l.hæredes palam.§.& quid si post.col.2.ff.de testam.sequitur Dec.consi.229.circa fi.& consi.114.col.fi.

†.4 Quinimo.] De hoc vtrum certa scientia principis possit probari per testes, vide Alexand.ad dict.l.quidam consulebat. Nat.

†.5 Non est necessaria.]Et sic nota quòd in extraiudicialibus est necessaria citatio.l.in concedendo.ff.de aqua plu.arc.l. nam ita Diuus.ff.de adopt.l.fi.C.de auct.præst.ponit Dec.consi.640. col.fi.vide Soc.inter cons.Bruni consi.7.col.pe.& fi.& ibidem cons.10.col.pen.

†.6 Præfati.] Istud idem voluit Ias.consi.233.colum.pen.lib.2.de subditis Ducis Mediolani respectu Cæsaris, quia vasallus vasalli mei, non est meus vasallus.gloss.ad l.de actionibus.ff.de diuers.& tempor.act.Barto.ad l.si quis liberis.§.si à libertis.per illum textum.ff.de liber.agnosc. Bald.ad capitu. cæterum.columna prima, de iudic.Contrarium respondit in eodem casu Socin.adducens quòd papa concurrit cum quolibet ordinario in iurisdictione, & potestate, ideo potest infeudare non solum quę sunt sui apostolatus, sed etiam inferiorum ecclesiarum. idem in Imperatore, in quo sunt conditi & reclusi omnes thesauri omnium dignitatum, Bald.ad capi.j.in princip.qui feud.dare possunt.& ad c.j.quis dic.Dux, Com.vel March.& ad c.nisi.de offi.legati.

†.7 Habet enim.] Quòd Imperator non possit se impedire de vasalli subditis, facit, quia vtile dominium præfertur directo.l.procuratore in rem suam dato.ff.de procurat.& scribit Ias.consilio 57.columna 3.lib.3.Et quòd Comes Palatinus non possit legitimare, siue natalibus restituere in terris fœlicissimi Venetorum dominij, sine consensu dominij, Iaso.consilio 70.lib.3.vbi idem dicit in Duce Mediolani. Sed istos inferiores non posse vti clausula, Non obstante.nec auferre ius tertij, tenet Ias.consi.119.lib.4.Huc plura accedant quæ scripta reliquit Cur. Iunior.consi.2.

†.8 Consuluit Pau.] Vide de hoc Pauli consilio notabiliter Felin.ad c.quæ in ecclesiarum.columna 13.de constitu.& de eodem meminit Alex.consilio 2.columna 4.libr.1.& eiusdem etiam mentionem facit idem Alex.consilio 1.colum.7.lib.5.vbi vult quòd huiusmodi rectores perpetui assimilētur principi magis quàm præsidi: & vide Alexand.& Ias.ad l.5.ff.de verbo.obliga.& omnino Georgium Nattam ad Clem.sæpe in princip.su per glo.in verbo, mandamus.de verbo.sign.Ruinus tenet quòd non possint vti clausula, Non obstante, ad l.nemo potest.3.no.ff.de legatis primo.Et de his qui non recognoscunt de facto Imperatorem, Dec.consilio 307.columna 2.vbi pulchrè.& Cur. Iun.in tract.feud.4.parte, in quæst.Vtrum vasallus subinfeudet concludit superiorem non posse præcipere siue imperare vasallis vasalli.Vide omnino Ioan.Bapt.ad l.imperium.de iurisdi.omn.iud.q.14.Dec.consi.403.colum.2.Grammat.voto 28. Nat.

†.9 Consi.225.]Meum verò exemplar hoc cons.habet sub.nu.34.col.3.& fi.lib.2.

†.10 Ex decretis.]De hoc decreto meminit Rui.consi.31.libr.5.vbi ponit quomodo derogetur.

†.11 Quòd non intelligatur.]De clausula, sine præiudicio tertij, vide Rui.consi.3.lib.j.vbi latè. Nat.

AD CONSI. XIII.

†.1 Honestæ mulieris.]Fisco incumbit probatio honestatis, Cæpolla consilio 58.& quæ dicatur honestè viuere, tradit Alex.ad l.mulier.§.cum proponeretur.ff.ad Trebel.

†.2 Quòd non debent puniri scholares.] Sequitur Soci.consi.148.col.2.lib.j.

†.3 Per gloss.]Sed rectè examinanda est gloss.inst.de iu.iur.§.in summa supra per Alexand. allegata, de qua tractat etiam Paris Put.in suo tractatu Syndic.car.86.vbi etiam allegat quoddam consilium Baldi, Scire oportet quis sit titulus criminis. vbi vult Bald.quòd dicta gloss.procedat quãdo sumus in materia, in qua posset pœna personalis, aut pecuniaria imponi, quia in his pœnis iudicis arbitrium habet optionem, secundum gloss.fi.aut damnum.ff.de pœn. quia non videtur ei datum arbitrium vt possit pœnam capitalem imponere: nec potest vigore talis arbitrij transire de vna specie, ad aliam speciem, vt de non capitali, ad capitalem.l.j.§.expilatores.de effractor. qui si excederet modum in arbitrio, posset appellari, vt not.ad l.finalem.ff.de rebus cred.vel sibi posset de facto resisti, per not.ad l.addictos. ff.de appell. plus etiam dixit Bald.in dict.consilio, quòd dicta gloss.vendicat sibi locum in delictis consummatis, secus in attentatis, & non consummatis, quia non includitur mors. De hac gloss.ad §.in summa.institu.de iniur.vide Dec.consilio 100.in fin. Et arbitrium non extenditur ad publicationem bonorum. Dec.consilio 252.columna penultim.Iaso.ad l.& si legibus.circa fin.C.si contra ius vel vtilit.publi. Et quando Princeps reseruat sibi arbitrium pœnæ, tunc videtur interdictum inferioribus ne se intromittant, Bald. consilio 262. Decretum Domini lib.2.Et bannum, quod succedit loco deportationis, potest cõmutari in pœnam pecuniariam, Guido papæ quæst.423.in fin. Nat.

†.4 Quia mutilatio.]Idem dicit Bald.ad l.transigere.in secunda opposi.C.de trans.Bar.ad l.3.col.pe.ff.de publi.iud.

†.5 Sufficerent testes sing.] Sequitur Grammat.decisi.107.& in terminis istis Bald.consilio 201. Quia d.domina.libro 4. Nat.

†.6 Vt quia sit.]Idem literis prodidit Abb.ad c.cum non ab homine.col.3.versi.ad secundum principale.de iudic.Salice.ad l. Gracchus.q.j.C.de adulter.Vide Bal.no.consi.209.lib.3.

AD CONS. XV.

†.1 Computatur.] Habetur loco cuiusdam prædij ex quo quid annuum percipitur, Bald.ad c.j.col.pen.versic.extra quæro.de iureiur. Nat.

AD

AD CONSIL. XVIII.

†.1 Toties.] Vide Bal. consi. 274. lib. 5.
†.2 Quòd pœna committi.] Istud amplectitur Ias. consi. 30. lib. j. vbi ponit, ꝙ compromissum ex potestate data à partib. bis tantum poterit prorogari. & de his tangit Alex. ad l. qui bona. §. fi. & ad l. si finita in prin. ff. de dam. infect. NAT.

AD CONS. XIX.

†.1 In auth. Sed nouo iure.] Bal. ibi videtur loqui quando confessio stetit in genere, quia captus pro furto, confitetur alia furta fecisse, & nõ dicit quando, nec cui, nec de quibus rebus, & ita videtur intelligere Pau. Cast. ad d. auth. sed nouo iure. col. fi. Et istam q. tangit Paris Pute. in tract. Syndi. in verbo, Cõfessio. fol. 33. Rui. latè consi. 80. lib. 4. Dec. ad c. cum speciali. §. porro. de appella. Gram. decisi. 2. col. antepe. & decisi. 48. col. fi. Ange. in tract. malefi. in versi. fama publica. in pen. car. in addit. incip. tu autem adde in hac materia.
†.2 Debet. n.] Istud idem per plura firmat Dec. ad c. at si clerici. col. 6. de iudic.
†.3 Quòd sola confessio.] Plura ponit Gram. decisi. 36. dub. 6. Et adde Bal. ad d. l. qui sententiam. & Pau. Cast. ad d. l. si quis in hoc genus. & Bar. qui hoc clarè dicit ad l. 1. col. 2. C. de confes. NAT.
†.4 Occiderat hom.] Sequitur Fel. ad c. 2. col. 4. de libel. oblat. & ad c. auditis. col. 7. de præscrip. De hoc etiam habes per Alex. consi. 23. lib. 6.
†.5 Et ita loquūtur.] Habes Ang. in d. trac. hoc dicentem, in verbo, Et vestem cœlestem. col. 12. versic. quid si quis confiteatur. NAT.
†.6 Nisi verificarentur.] Vide Ias. ad l. iusiurandum, quod ex conuentione. §. fi. col. 8. de iureiur. vbi tenet, ꝙ debet constare de corpore occisi, allegans plures hoc tenentes. & Iaso. ad l. error. col. 4. C. de iur. & fac. ignor.
†.7 Excusare.] Qua pœna puniatur iudex condemnatus perperam ad mortem, vide Gram. decisi. 99.
†.8 Qui ignoraret.] Facit ad rem quod dicit Ange. Are. post Io. Fab. ad §. suspectus. il 2. Instit. de suspectis tut. ꝙ iura vsque adeo præsumunt de Imperatore, vt omnia eum iura noscere affirmēt, qui tamen sæpe errat, & errare potest, vt in l. 3. §. fi. cum gl. ff. de supel. leg. ideo hoc intelligitur de casibus vulgatibus, & qui sæpe in facto contingunt.
†.9 Possit superior.] Alex. consi. 121. col. 2. j. dicit, ꝙ homo bonæ conditionis, & famæ dignus est maiore venia, quàm ille, qui est malæ. l. non omnis. §. à barbaris. ff. de re milit. l. nemo. in fi. C. de epis. audi.
†.10 Seu id fecisset.] Criminis acerba pœna condonatur meritis præcedentis vitæ, vt optimè probat text. in d. l. non omnes. §. fi. & ad tex. in d. l. ad bestias, adde Ias. ad l. j. col. 2. ff. de legib. Et vbi agitur de puniendo principales ciuitatis, non poterit id fieri in consulto principe. l. qui cædem. ff. ad l. Cor. de sicar. Et nota ꝙ iusta est causa homo insignis artificij, vt sibi condonetur pœna vt est tex. in d. l. ad bestias. secundum Dynum, quem refert Paris in tract. Syndi. in verbo pœna. fol. 82.
†.11 Salutem concerneret.] Vide gl. ad §. sed quod principi. ad verbum, ob meritum. Instit. de iure nat. gent. & ciu. vbi Aret. dicit, quòd iusta causa est in eo, qui multa seruitia fecisset principi. & est tex. in l. 2. §. postea Appius. ff. de orig. iur. quem adducit Roma. consi. 310. NATTA.

AD CONS. XX.

†.1 Franciscus de Accolitis.] Istud consilium habes in volumine consiliorum, nu. 161. incip. In præsenti consultatione.
†.2 Quòd nihilominus.] Dominus Fran. Areti. viso, vt opinor, hoc consilio Alexandri, compilauit aliud consilium, vbi copiosissimè respondet huic rationi per Pau. Cast. allatæ, & consi. est nu. 162. hoc initio, Verum est. Et facile adducor vt credam, ꝙ illud nouum consilium, in quo declarat dictum Bartoli ad d. l. si reus paratus, viderit postea Alexāder, quia easdem rationes adducit consi. 94. col. 4. libr. j. Et vide de his acutè pertractantem Riminal. ad d. l. non hoc. NAT.

AD CONS. XXI.

†.1 Et calculasse.] Adde quòd calculatio facta inter partes continens pactum, vel remissionem generalem, vel specialem, præiudicium facit, Bar. ad l. 2. col. fi. C. de iure fis. lib. 10. Et quando illi, qui dant pecuniam mercatori ad partem lucri, & damni, possint petere calculum, & reuidere rationem, vide Ias. ad l. vni. col. 2. C. de erro. calcu.
†.2 Non intelligitur.] Propter verba implicita non intelligitur quis verbis specialib. & explicitis derogare, nec se corrigere, Bal. ad l. sed & si quis. §. quantum. col. 3. ff. si quis cautionib.
†.3 Voluit hoc Bar.] Bar. ad l. fi. §. idem quæsiit. ff. de condit. indeb. dicit per tex. in l. §. j. ff. quod vi aut clam. quòd verba instrumenti ita debent intelligi, vt non contineant repugnantiam, & intelligenda sunt, saluis infrascriptis. & adde etiam quòd debent intelligi saluis suprascriptis, vt Alex. hic dicit & consi. 170. lib. 6. Et eodē modo confessio intelligitur saluis suprascriptis, seu præcedentibus, vt per Alex. consi. 83. col. 2. lib. 7. Et idem etiā vult pulchrè Alex. consi. 180. circa fi. li. 5. Confirma prædicta ex no. per Bal. ad l. item Labeo. ff. fami. ercis. vbi vult, ꝙ clausula, quam iudices maleficiorum opponere solent in sententia, Saluo, & reseruato, ꝙ si sententia esset cōtra leges, vel formam statutorum, ex nunc intelligatur redacta ad debitum modum non operatur quo ad expressa, sed quo ad omissa tantum. Et idem vult And. de Isernia ad c. j. col. 4. qui succes. tene. loquens de concessionibus principum, in quibus dicitur, Saluis iuribus curiæ nostræ, vt hęc clausula non operetur reseruationem quo ad donata, & expressa, & quæ insunt confirmationi, vel donationi, quia ista est generalis reseruatio, & generi per speciem derogatur. l. sanctio legū. ff. de pœnis. Confirmatur hoc, quia clausula generalis non refertur ad specificata. l. doli clausula. ad quam Bar. ff. de verb. ob. & d. l. sanctio legum. Et de prædictis vide optimè Alexan. consi. 115. col. 2. lib. j. post Bal. in d. l. pactum.
†.4 Censetur esse arbitrator.] Ex hac æquiparatione infert Florianus ad l. sed & loci. §. j. ff. fin. regun. ꝙ sicut agrimensor debet habere salarium, ita etiam arbitrator. idem tenet Lanfran. in tra. de arbitr. 7. parte. 32. q. in arbitrio autem res caret dubitatione quòd sportulæ debentur.

Et paulo post,

Dicitur quædam transactio.] Dic quòd largo modo compromissum dicitur transactio, dicitur autem proprio modo quando laudo secuto fit ratificatio, & emologatio, ita concludit Dec. cōsi. 60. quod nota.
†.5 Sed etiam disce.] Bar. ibidem col. fi. dicit quòd calculatorem inter priuatos assumere potest iudex, & talis calculatio plenè probat. NAT.

AD CONS. XXII.

†.1 Contra publicam.] Nota non præsumi rempublicam contra se facere voluisse. pro qua re est textus in l. inquisitio. C. de solution. & scribit Alex. consi. 149. col. 2. s. lib. 2. NAT.

AD CONSI. XXIIII.

†.1 Debet dicere.] Nota quo pacto testis debeat deponere, vt probetur quasi dominium, videlicet, quòd talis emerit, & quòd sibi tradita fuerit possessio: vel saltem sufficit probare quòd possederit, quia sufficit possessio à quocunque habita, vt per Alexā. consilio 161. colum. 2. lib. 6. Ad probandum dominium dicat testis, quòd talis possedit cum tali iusto titulo longo tempore, si quidem ex præscriptione quæritur vtile dominium, iuxta not. per doct. ad l. traditionibus. C. de pact. Atque hoc vltimum de probatione dominij tradit Pau. Cas. ad l. proprietatis. C. de probationibus.
†.2 Habitus, & reputatus.] Istud etiam dicit Inno. ad c. j. de presump. & de hac conclusione Rotæ mentionem facit Ant. à But. & eam sequitur ad c. cum ad sedem. col. pen. de restit. spol. & ad

eum locum etiam Abb.& Alex.ad l.si is ad quem.col.j.ff.de acqui.hære.& vide Alex.s̃.hac eadem col.dum allegat Bart.ad l.j. in fi.ff.pro suo. Nat.

AD CONS. XXV.

†.1 Quando dispositio.] De quacunque dispositione an & quando intelligatur,secundum præteritum,vel præsens,vel futurum tempus,vel euentum,siue ipsa dispositio emanet per verba præteriti,& præsentis temporis,siue per verba extensa in futurum,siue simpliciter,vide Vincentium Herculanum in disputatione sua,quæ incipit.Perusinus quidam.dub.j. Nat.

AD CONSILIVM XXVI.

†.1 Per clarissimum doct.]Istud consilium Bar.Soc.reperitur in volumine consiliorum ipsius nu.76.lib.j. Nat.

AD CONS. XXIX.

†.1 Quòd partes.]Sequitur Pau.Cast.consi.173. Præsuppositis his,de quibus s̃.lib.2.Huc etiam spectat quod Bar. dixit consilio 65.Petrus Nicolæ.col.fi.versi.item apparet ex prædictis. Ias.ad l.pacta nouissima.nu.14.C.de pact.& maximè Pau.Ca. ibi prope finem.

†.2 Tertium prin.dub.]Istud tertium dubium habes repetitum cum sequenti,in consi.32.libr.4.vbi plura in medio inserta,atque intexta sunt,quæ faciunt ad corroborationem fundamentorum,vbi vide. Nat.

AD CONS. XXX.

†.1 Ex allegatis.] Habes latissimas allegationes eiusdem consil. 24.lib.2.

†.2 Et gl.in l.cum scimus.]Adde Alex.consi.175.col.2.libr.6. & And.Sic.cõsi.70.col.2.lib.4.Bar.ad l.j.C.de confes.col.j.& vide Imol.ad l.cum mulier.col.2.ff.sol.mat.Dicit no.Abb.ad c. at si clerici,in princ.in no.de iudi.quòd acta debent fieri in iure, id est iudice sedente pro tribunali, vbi causa exigit plenam probationem,si vero semiplenam, sufficit iudicem spatiari,vel ambulare per locum iudicij,allegat bon.tex.cum gl.in l.voluit.§.j. ff.de interrog.act.& Bal.consi.118.Punctus,quidã ser Nardus. lib.2.Pau.Cast.qui loquitur in commissione capturæ consi.vlt. col.pen.lib.j.

†.3 Bal.in l.certi cõditio.] Vide tu circa rem hanc Felinum valde notabiliter ad c.examinata.colum.4.de iudic. vbi primò dicitur, quòd ex reprobato rescripto potest aliquis fundare se super partis confessione. Deinde inducit aliqua, quòd ex libello cui fuit appositum,non potest aduersarius se fundare. quod nota pro bona limitatione ad l.cum precum.C.de lib.causa. Et similes leges,quòd qui confessus fuit delictum,& debitum super libello inepto possit damnari,vide Felin.ad capitu.venerabilis. columna septima,de iudiciis.& Dec.ad c.at si clerici.in princip. de iudic.Et generaliter, quòd libellus ineptus non purgatur ex apta probatione,vide plura per Dec.consil.83.colum.j.& seq. Nat.

†.4 Vulneratus.]Sequitur Aret.ad c.certio loco.circa fi.de probat. Nat.

AD CONS. XXXII.

†.1 Et tunc verbis.]Quòd verbis legis,vel statuti sit inhærendũ, Ias.consi.182.col.2.lib.2.vbi plura cumulat.

†.2 Si rationabilis.]Istud idem vult Bal.consi.250.In quæstione domini Milani.col.fi.lib.j.dicens,rationem legis plerunque vel in pluribus veram esse,sed non vt in omnibus,& tamen statutum præcisum non recipit exceptionem.l. prospexit.ff.qui & à quib.Et ibidem subdit non esse nouum,vt aliquando plus sit in præsumptione,quam in veritate,sicut in hærede non conficiente inuentarium,qui præsumitur subtraxisse, ideo tenetur in solidum, nec contra eam præsumptionem probare potest.§.sancimus.in authẽ.de hære.& Falcid.Inferens ex his, ꝙ statutum loquens de his qui decoxerunt(vulgo fallitos vocant) procedit etiam in mercatoribus,tametsi decoxerint propter inopiam non quæsitam seu captatam,sed fortuitam,postquã statutũ eos fraudatores vocat,quia ratio legis,quæ fundatur in sola præsumptione,non restringit statutum.Item de prædictis vide latè Bal.ad l. j.ff.sol.mat.col.5.versi.item in quæstione de muliere sterili,vbi tradit qñ cessante ratione legis, cessat lex. & ibi inter cætera inquit,ꝙ vbi non est necessaria,sed probabilis ratio legis,tunc cessante ratione,non cessat lex.per tex.in d.l.prospexit. Nat.

AD CONSIL. XXXVI.

†.1 Omnia bona.]Veniunt etiam prouenientia ex linea materna,Alex.consi.247.lib.6.

†.2 Peruenit ad dictum.]Animaduerte,quia nemo detrahit Trebellianicam nisi grauatus vt hæres:ideo fideicõmissarius primus non detrahit secundo, nisi ex persona primi hæredis, nam duæ Trebellianicæ detrahi non debent,vt per gl.& doc.ad l.j.§.inde Neratius.ff.ad Treb.Bal.ad l.j.col.fi.ver.quæro nunquid fideicommissarius.C.commu.de leg.hac de re etiam tangit Ias.consi.114.lib.4.Ideo hæc Maria vt hæres Fusci substituti pupillariter,Trebel.detrahit.Et adde ꝙ si fideicommissarius primus non agnoscit fideicommissum,tenetur hæres restituere secũdo,quia remanet semper apud eum fideicommissum cum onere restitutionis.l.cogi.§.si ego.& l.si patroni.§.qui fideicommissariã.versi.ꝙ si prior.ff.ad Treb.l.sancimus.in fi.C.ad Treb.l.si ab eo.ff. de vsufr.leg.& vult Bar.ad l.quandiu.l'vltima.ff.de acqui.hær. per tex.in l.vni.§.pro secundo.C.de cadu.tollen. Nat.

†.3 An dicta Maria.]Nota ꝙ fideicommissarius,cui pro parte restituta fuit hæreditas,tenetur pro rata ad onera hęreditatis,vt habetur in d.l.2.C.ad Treb.

†.4 Pertinebit.] Legitima, & eius supplementum transmittitur ad hæredem etiam non antea per defunctum petita, secundum Salice.ibi.sequitur Soci.consi.92.dub.2.lib.1. Nat.

AD CONSI. XXXVII.

†.1 Ad probandam.]De probatione paupertatis,vide Dec.consi.120.col.2. Natta.

AD CONS. XXXVIII.

†.1 Respondi fidem non facere.] Hoc Alexandri consilium habes s̃.lib.2.consi.110. Nat.

AD CONS. XXXIX.

†.1 Circa vltimum.]Habes consi.2.lib.4.versic.circa vltimum dubium,vbi legitur integrum consilium. Natta.

AD CONS. XLI.

†.1 Non debent.]Idem tenet Soc.alias authoritates adducẽs cõsi.292.Visis statutis.li.2.Contrarium latissimè consuluit Alex. consi.111.s̃.eo.lib.7.& Soci.consi.120.li.j.vult,statutum de instrumentis exequendis non prodesse aduenis,seu,vt vulgo dicitur,forensib.& dicit Bal.ad auth.omnino.C.ne vx.pro mari. versic.dixi de persona iudicis. ꝙ incolæ non subeuntes munera, non comprehenduntur in beneficiis, quia non sunt pars illius corporis,nec interest reip.licet lædãtur extra territorium,secus si intra.Et ꝙ forenses non gaudeant,Bal.consi.460.Ioannes de Albinga.col.2.lib.j.Dec.consi.114.dub.j.& idem vult pulchrè Pau.Cast.ad l.in prouinciali.§. si publico.ff.de op. no.nunc.& ibi Alex.& Rui.consi.195.in fi.lib.2.

†.2 Prosint clericis.] Nũ statutum loquens de aduena,seu incola & forensi, comprehendat clericum, tradit Dec.consil.275. dub.j.& consi.114.dub.j. Nat.

AD CONSI. XLII.

†.1 Vt regulariter.]Promissio dotis facta puellæ,habet diem tacitam

citam. Cùm erit nubilis, Dec. ad l. in omnibus obligationibus. ff. de reg. iur.

†.2 Non adiuisset.] Not. ex dictis Alex. ꝙ quando alicui defertur hæreditas, si soli defertur, nec eam ipse adiuit, sequens in gradu admittitur per successorium edictum, sin autem pluribus veniũt illi per ius accrescendi. Et illud de successorio edicto tenet Alex. consi. 168. col. 4. j. eo. lib. 7.

†.3 Si pater pro parte.] Not. ꝙ ad hoc vt habeat locum remediũ. l. vnicæ. C. de his, qui ante apert. tab. duo sunt necessaria, ꝙ hæreditas sit ascendentium, & ꝙ liberi sint hæredes, ad quos fiat trãsmissio. Et idem dicit Alex. consi. 86. col. 2. lib. 3. & consi. 20. in fi. s. eo. li. Crau. consi. 37. nu. 4. & de hac re est. gl. ad d. l. j. C. de his, qui ante aper. tab. in verbo, liberos. Natta.

AD CONSIL. XLIIII.

†.1 Se esse paratum.] Dicit Aret. in illo insigni consilio, incipiente, Ex facto proponitur. nu. 142. dub. vlt. ꝙ quando dubitat aliquis probabiliter, an debeat, vel quod, aut quantum debeat, tũc debet duo facere, scilicet, offerre se paratum ad faciendum quod de iure debet, & vlterius ipse vltrò debet adire iudicem, & petere, vocata parte, eligi calculatorem, qui dispiciat, ratione subducta & declaret quantũ ipse debeat, & quid: & hoc faciendo, non dicitur in mora, allegat tex. & glo. in l. si residuum. C. de distrac. pig. & Bar. ad l. creditor. hic allegatam per Alex. & quædam alia videnda. Natta.

AD CONS. XLVII.

†.1 An post litem.] Vide Ias. ad l. quod quis. C. eo. tit. col. 1.

AD CONS. XLVIII.

†.1 In qua alias.] Istud consi. habes consi. 124. lib. 2.

†.2 Quia iudex.] Hoc Imolæ dictum refert, & sequitur Fel. ad c. licet Heli. versi. decimo limita extra de simo.

†.3 Non elegerunt.] Et istud dicit ibi Pau. Cast. & dicit Ange. ad l. vt perfectius. col. fi. C. de annal. excep. ꝙ delegatus semper in citatorio debet exprimere locum vbi citandus compareat.

AD CONSIL. XLIX.

†.1 Quia sententia non probat.] Idẽ dicit Bal. ad l. quæ non probasse. per illum tex. C. de calum. Dec. cõsi. 348. dub. 2. & tenet Ias. ad d. l. Iulianus. col. 9. versi. istam conclus. limitat.

†.2 Appellare.] Bal. ad l. eos in prin. col. fi. C. de appel. dicit iudex potest pronunciare sententiam nullam & iniquam. & dicit idem Bal. ad l. j. C. de sentẽ. ꝙ sententia potest esse simul iniqua, & nulla. c. constitutus. de in integ. resti. facit etiam illud, quia ꝙ in effectu potest rescindi, largè dicitur nullum, Ias. ad l. si dari. ff. de ver. ob. & vide Lapum alleg. 51. col. 3.

†.3 Prout in tali.] Idem tradit Roma. consi. 249. Hęc confessio, & etiam dicit Spe. in ti. de testi. §. qualiter. versi. quid ergo de illo, qui dicit, Credo prout in instrumento refert, & sequitur Bal. ad l. 2. §. quod obseruari. in fi. C. de iuram. cal.

†.4 Pro referentibus.] Idem sequitur ibi Alex. in fi. comment. & illa verba, Vt asseritur, impersonaliter prolata, non operantur, vt in pulchro proposito inquit Rota decisi. 74. Nota ꝙ vbi alicui, in antiquis. & pulchrè Dec. ad c. iurauit. no. j. de probat.

†.5 Et sic negans.] Idem tenet Alex. ad d. §. forsitan. col. 1. addẽs ad confirmationem, ꝙ excipiens nunquam videtur aliquid fateri. l. non vtique. ff. de excep. & scribit Ias. ad l. decem, col. antep. ff. de verbo. oblig. Nat.

AD CONS. LII.

†.1 Ante non ligabantur.] Vide Alex. consi. 39. in fin. lib. 3. vbi tenet, publicum requiri.

†.2 Non priuatur.] Adde Bal. ad l. ob maritum. col. fi. C. ne vx. pro marito. vbi sequitur Innocen. ad d. c. quoniam frequenter. Natta.

†.3 Quòd dicta iura.] Vide de his limitationibus latè Felin. ad c. quæ in ecclesiarum. col. 14. de const. Nat.

AD CONS. LIII.

†.1 Si testator.] De hac quæstione Ale. latè ad l. non codicillum. C. de testam. Natta.

†.2 Titulus hæred.] Idem Dec. tradit ad l. iuris ignorantia. C. qui admit.

†.3 Per errorem.] De hac re etiam tradit Alex. j. hac eadem col. & vide etiam s. ead. colum. dum alleg. Bald. ad rub. C. de fal. instru. Natta.

AD CONSIL. LIIII.

†.1 Non obligat.] Quando lex obliget ad mortale, Fel. latè ad c. nam concupiscentiam. de constit. Nat.

AD CONS. LV.

†.1 Lex prima in princ.] Idem per hunc textum Baldus dicit, & ibi Salice. ad l. 2. C. de reb. cred. Et vide Ias. ad l. & si legibus. in fi. C. si contra ius, vel vt. pub. & ad l. si duo patroni. §. fi. in fin. ff. de iureiur. Et vide Gram. voto 5. vbi cum Alex. hic distinguit, an deponat contra innocentem, vel cõtra fiscum. Et vide Guid. pa. q. 44. vbi vult talem testem capite puniri quãuis reus fuerit absolutus. Et quod hic dicitur in teste deponente, habet etiam locum in producente falsos testes, & falsa instrumenta, Bald. ad l. quicunque. circa fi. C. de seru. fug. & de istis vide Felin. latè ad c. sicut. no. 3. de testi. Nat.

AD CONSIL. LVI.

†.1 Tanquam iudex.] Vide Feli. latè ad c. literas. col. 3. de præsump.

†.2 Vt est gl.] Adde bon. text. in l. quæsitum. C. de in ius voc. & in l. Aristo. ff. quæ res pig. oblig. pos. l. tutorem. ff. de his, quibus vt indig. Nat.

AD CONS. LVII.

†.1 Tam pro aquis.] Quomodo valles possideri possint vbi aquis stagnauerint, atque obtegantur, tangit subtiliter Rui. consi. 45. dub. j. libr. 4. atque ibidem habes de lacubus, paludibus, & stagnis.

†.2 Idem iudicandum.] Idẽ tradit Petr. Anch. consi. 298. In territorio.

†.3 Ad iudicium.] Adde tex. cum gl. in l. in tribus. de iudi. Bal. ad c. cum causam. col. 3. de proba. vbi etiam loquitur in iudicio finium. quod pariter & duplex.

†.4 Quòd colonus.] Istud de colono tenet etiam expresse Fran. Are. consi. 13. incipit, Viso diligenter themate. col. 7. & sequ. & ponit Alex. hac eadem col.

†.5 Numerus testium.] Contra Baldus, qui ad c. ad nostra. de probat. vult quòd plures testes infames infamia facti, non probent. Et de pluribus domesticis tradit Petr. Anch. consi. 146. in causa agitata. Et istud de numero testium non videtur satisfacere Decio in causa graui, vt patet eius consilio 133. viso processu. col. fi. & Felin. etiam illud non firmat ad c. testimonium. colum. 2. de test. & vide etiam Dec. ad c. licet causam. not. 9. extra de prob. Ias. ad l. si quis ex argentariis. §. j. ff. de edendo. & vide Florian. ad d. l. 3. in princip. col. 2. versic. aduerte tamen. Et istud dictum de numero, amplectitur Dec. consi. 163. col. pen. & procedit, vbi defectus est in persona, non in dicto, secundum Ruin. consi. 150. nu. 18. lib. 5. Nat.

AD CONSI. LVIII.

†.1 Vnus testis.] Istud dicit Sali. sequitur etiam Alex. consi. 239. colum. 4. supra lib. 6. Eadem per omnia voluit Abb. ad c. 2. col.

2.de fi.inſtrum.

†.2 Non præfertur.]Iſtud idem videtur etiam eſſe de mente Bal. ad l.hac edictali.§.his illud.col.fi.per illum tex.C.de ſecun.nu. & tenēt hoc idem recentiores in tract.de pigno.par.5.memb. 2. Natta.

†.3 Habentem eundem.]Tacita hypotheca inducta à ſtatuto, habet eundem effectum, quem expreſſa, Rom.pulchrè conſ.147. Licet hæc pars.

†.4 Non eſt recedendum.] Concordat textus in c.quàm graui. de crim.falſi.& in l.2.C.quemad.teſta.aper. Nat.

AD CONS. LIX.

†.1 Tunc non defertur.]Idem Alex.dicit conſi.59.col.pe.libr. 2.de qua re etiam vide Felin.& Dec.ad rubricam de probat. Natta.

AD CONS. LX.

†.1 De quo dicto.] De hoc Innocentij dicto facit mentionem etiam Bal.ad l.fi.C.ſi cen.vel aliquis.& ſequitur etiam Alex.ad l.3.col.8.ff.de acquir.poſ.verſi.circa iſtam quæſt. hinc qui donat cauſa mortis, promittens non reuocare, reuocat, quia intelligitur, niſi pœniteat ſecundum naturam donationis cauſa mortis, Bal.ad l.cum quis.verſi.ſed pone.ff.de cond.ob cauſam. Alex.ad l.quæ dotis.col.4.verſi.ſed hic cadit dubitatio.ff.ſol.matri.Et promittens non exhibere moleſtiam vſufructuario, intelligitur, niſi ex cautione de fruendo arbitrio boni viri, quæ venit ſecundum naturam rei, Bal.ad l.j.col.vltima.C.de vſufru.facit ad rem tex.in l.quæro.§.inter locatorem.ff.locati. Item verba contractus, quando non ſunt præciſa, intelliguntur ſecundum naturam contractus, vel ſaltem iuxta naturam, ita vt multum nō exuberent ab ea.l.damni verſicu.& quod in ſtipulatione.ff.de damn.infect.vbi verba Iac.ab Arena ſic habent, Nota verba ſtipulationis, & contractus intelligi ſecundum naturam negotij, quod agitur, vt hic, & ſupra eod.l.damni infecti ſtipulatio competit.& l.fluminum.§.hæc ſtipulatio.cum §.ſequen.& ſupra locati.l.ſi vno.§.ſed & ſi verb.& famil.erciſcun.l.& puto.§.2.ita inquit Bald.conſi.434. Pactum inter locatorem.colum.2.lib. 1.Et maritus promittens reſtitutionem dotis ſoluto matrimonio, intelligitur promittere ſalua nihilominus parte, quam ex ſtatuto lucratur, Ruin.ad l.poſt dotem.ff.ſolu. matrimo. quem ibi Alexā.ſequit.in fin.& conſilio 133.columna 1.libro quinto.Similiter hæres promittens ſolutionem legatorum, intelligitur, ſalua detractione Falcidiæ promiſiſſe, vt traditum eſt à Cyno, Baldo, Angelo, & Paulo Caſtrenſi ad l.fina.C.ad leg.Falcid.

AD CONS. LXI.

†.1 Quòd pater diſſipet.] Pater bona ſua dilapidans, cogi poteſt officio iudicis per filium ad aſſignandum ſibi legitimam, vel ſaltem tot bona, ex quibus percipere poſſit alimenta: ita Alex. ad d.l.Imperator.vbi plura circa hoc notabiliter ſcribit. Et hæres dilapidans, cogitur ante euentum conditionis reſtituere fideicommiſſum, emolumentis ſibi reſeruatis, vt habetur in d.l. Imperator. Nat.

AD CONSI. LXIII.

†.1 Et concludunt.]Vide hac de re nota. Decium conſilio 140.

AD CONSI. LXIIII.

†.1 Quanti plurimi.]Dic ꝙ vt debeatur intereſſe, Quanti plurimi.ſufficit quæcunque interpellatio, etiam extraiudicialis. Iaſ. ad l.vinum.ff.ſi cer.pet.in j.euidentiali.vbi atteſtatur hanc ſententiam eſſe* communiter à doctorib.approbatam.

†.2 Quādo copula.]In diſpoſitionibus legalibus copula ponitur pro puncto orationis ſeparatæ, Bar.ad l.vt vim.col.3.ff.de iuſt. & iure. Nat.

AD CONS. LXV.

†.1 Vbicunque.]Adde tex.in l.1.& 2.ff.de quibus rebus apud. eun.iud.ea.& dicit Bal.ad c.j.in fi.de contro.feud.apud pa.termi.ꝙ illud tribunal eſt omnium, quod primò participauit cauſæ cognitionem.ſequitur Franc. Areti. conſi.83.col.4. Et adde ꝙ actor habens plures actiones contra reum, debet ſuper omnibus impetrare cauſam committi vni iudici, non diuerſis.c.diſpēdia.de reſcrip.in 6.vbi doct.latè de materia, & vide Fran.Areti. notabiliter.conſi.29.col.antepe.vſque ad fi.Tangit aliquid Felin.in c.fi.col.4.de iud.latè Iaſ.ad d.l.nulli.C.de iudi. Nat.

AD CONS. LXVI.

†.1 Non nouatur alia.] Nota ꝙ ex ſtipulatione pœnæ non nouatur obligatio ad intereſſe, nec è cōtra.l.prædia.ff.de act.emp. hic allegata. Nat.

AD CONS. LXVIII.

†.1 Et concludit.]Vide Dec.ad c.ex ratione.col.12.de appel.alias col.8.Rui.conſi.138.col.3.lib.5.

†.2 Non debet mihi.]Facit tex.in l.ſi quis ſolutioni.ff.de vſur. Nat.

AD CONS. LXIX.

†.1 De perſona]Idem dicit Bal.ad l.j.q.13.ff.de offic.conſu.& ad l.elegāter.§.ſi quis poſt.col.pe.ff.de cond.indeb.vbi tractat de triplici ſuperioritate.& idem Bald.ad c.j.§.ad hæc.de pa.iur. firman.vbi inquit, ꝙ quando Cæſar incipit cognoſcere, omnibus aliis eſt impoſitum ſilentium.Alius autem iudex licet alio ſit maior, non inhibet, niſi ſit ſuperior in eadem iuriſdictione, vel per viam appellationis.Et in omnibus his locis Bal.ſemper habet in ore illud dictum Arch.11.q.j.de perſona.& de prædictis etiam latè ponit Iaſ.conſi.144.dub.j.lib.2.

†.2 Habuerit iuriſdi.] Facit, quia Epiſcopus poteſt inhibere ſuo vicario, ne de cauſa ſe intromittat, Inno.ad c.Romana.de appel. in 6.Imola, & Abb.ad c.vt noſtrum.de appella.Et ſpecialis inferior, præfertur, ſuperiori generali, vnde iudex non ſupplet defectum tutoris, niſi vbi non adeſt, vt de prædictis latè per Dec.cōſi.72.col.2. Nat.

AD CONS. LXX.

†.1 Non eſſe adhuc.]Quòd poſitiones non fiant niſi poſt litem conteſtatam, vide Iaſ.ad l.iudices.C.de iudi.

†.2 Illa ſequens.]No.ꝙ admittitur in libellis cumulatio ſubordinata, de quo ponit Alex.ad l.edita, col.antep.C.de edendo.

AD CONS. LXXI.

†.1 Non eſt in actis.]Facit, quia acta facta in alia inſtantia inter eaſdem perſonas, non faciunt fidem niſi reproducantur Alex.ad l.2.in fi.commen.C.de eden.& conſi.82.col.fi.lib.j. Nat.

AD CONS. LXXIII.

†.1 Quam tranſlationem.]Vide etiam Bar.ad l.legatum ciuitati.ff.de vſufr.leg. Nat.

AD CONS. LXXIIII.

†.1 Videtur eſſe in dolo.]Et no.ꝙ detecta falſitate codicis rationum in vno, in nullo fides adhibetur, Iaſ.conſi.4.col.pe.libr.3. per no.per Inno.ad c.fraternitatis.de hære.

†.2 Quia dolus talis.] Dolus non intelligitur remiſſus, ſequitur Rui.conſi.29.lib.j.vbi reſcriptum prohibens obiici obreptionem, & ſubreptionem, interpretationem illam accipit, vt de ea intelligatur loqui, quæ procedit ex ignorantia, non ex dolo.

AD

AD CONSILIVM LXXVI.

†.1 Quia ex sola venditione.] Idem tenet Alex. consil. 173. col. 1. li. 2. Ias. ad l. fi. col. 19. q. extra gl. C. de iure emphy. vbi limitat, nisi in instrumento intercessisset constitutum, quia tunc res aliënata caderet in commissum. Natta.

AD CONSILIVM LXXVII.

†.1 Mulier, quæ.] Quæ dicatur honeste viuere tradit Alex. ad l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Treb. & idem consuluit Bal. consi. 20. Quia dicta domina. li. 4. Natta.

AD CONSILIVM LXXVIII.

